



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.


For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.







DE HIERARCHIA

53

ET

STUDIO VITÆ ASCETICÆ

IN SACRIS ET MYSTERIIS

GRÆCORUM ROMANORUMQVE

LATENTIBUS.

SCRIPSIT

PETRUS ERASMUS MULLER,

THEOL. ET PHILOS. DOCT. IN UNIVERSIT. HAVNIENSI

THEOLOGIAE PROFESSOR P. E. SOCIETAT. LITTER.

SCANDINAV. SODALIS.

ACCEDIT AUCTARIUM EODEM AUTORE


De DISCIPLINA ARCANAE ELEUSINIORUM.

HAVNIAE MDCCCIII.

EXCUDEBAT JOH. FRID. SCHULTZ.

AULAE REGIAE ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

940. e. 6.





PRÆMONENDA.

Constat plerosque hominum ita naturæ quadam lege comparatos esse, ut sententiarum, quas tenellis auri- bus instillaverint parentes, tenacissimi fere deprehendantur. Videre quidem licet nonnullos, quos e meliore luto finxit natura, quorumque dotes animi vel dura necessitas, vel disciplina sanior cotis instar acuit, vi ingenii eo sese evehere, ut supra æquales sapiant. Vulgus vero hominum multa ex opinione, pauca ex veritate æstimans, viam a majoribus calcatam fidis premit vestigiis. Cum hæc autem ex ipsa mortalium natura petita esse videantur, nec aliter priscis sæculis res hominum fluxisse, colligere fas est. Si igitur annales, manibus versantes, hoc vel illo ævo insignem opinionum mutationem factam esse legimus; hominum, qui ea ætate vixerint, animos nec

A

subi-

subitanea quadam luce collustratos, nec rursus caligine obrutos fuisse, statuendum esse censemus; verum potius opinionum vim variis de causis primum cepisse paucos, dein illorum studiis auctam serpsisse ad plures, tum, commodas forte aures nactam, multos occupasse, occasione denique, quæ, si genius sæculi non fuerit adversatus, nunquam deerit, oblata, in omnes longe lateque esse dominatam.

Credimus itaque instituta hierarchica atque ascetica, quorum vinculis Græci Romanique a sæculo inde quarto tenebantur obstricti, haudquaquam Constantini demum conversione animis olim nil tale sentientibus esse injecta, verum jam pridem hominibus sponte admissuris variarum rerum concursu fuisse præparata.

Multi quidem viri eruditione clari primas hierarchiæ et vitæ asceticæ in ecclesia christiana origines diligentissime tractaverunt. Sed quæstionem late admodum patentem hac unica via vix solvi posse arbitramur. Haud enim tantus Christianorum erat sub Constantino numerus, ut præjudicia, quæ in hoc coetu forte vigerent, omnem orbem Romanum occupassent, nisi genium sæculi nacti fuissent sibi consentientem.

Alteram igitur quæstionis partem: quo modo Græci et Romani aut suscepta Christianorum sacra ad jugum hierarchiæ et vitæ asceticæ subeundum præparati fuerint, et per se, ut videtur, tractatu dignissimam, et ab omnibus, quantum quidem nobis constat, fere omnino intactam pro virili solvere conati sumus.

Duplex præterea hujus disputationis redundabit fructus. Partim quod religionis christianæ propagandæ præsidium, hactenus haud accurate satis explicatum, mysteriorum scilicet peregrinorum cum Christianismo similitudo, nova perfunditur luce. Partim quod plenius intelligimus istam præjudiciorum labem, quæ plumbeæ ætatis barbariem adductam fuisse constat, non ad Christianismum esse referendam, sed ad insanabiles et morum et judiciorum corruptelas, quibus Græci Romanique per plura sæcula laborassent.

Jam vero nobis de originibus hierarchiæ et vitæ asceticæ gentilibus disputaturis id primum incumbere videtur, ut voces istæ per se ambigæ accurate definiantur. Hierarchiam non sumimus sensu strictiori de potestate clericorum in ecclesia christiana,

sed latius dicimus eum reipublicæ statum, in quo numerosus sacerdotum ordo, opibus pollens, legibus sibi peculiaribus obtemperans, per multas classes distinctus, quarum singulæ singulis obsequium præstant, summa in laicos autoritate gaudet, omnesque non suos despicit, quin adeo damnat. Studium vitæ asceticæ eo sæculo vigere contendimus, quo sprete negotiis civilibus, duriozem vivendi rationem, tanquam viam ad favorem divinum obtinendum compendiarium, multi ineunt. plurimi laudant.


Multa vero opinionum commenta et rerum conditio plane peculiaris adsint, necesse est, ut ille reipublicæ status, hæc vitæ instituendæ ratio locum inveniant. Si forte credunt homines: sacerdotes ultra sortem vulgarem longe esse eVectos, eosdem maxima beneficia mortalibus conferre, ex illorum nutu non modo res sacras sed etiam vulgares optime regi, extra hunc illumve coetum religiosum nullam salutem adipisci licere. Porro si vulgari fertur opinione: non sola virtute sed imprimis certis precum cæremoniarumque formulis, jejuniis, castimoniis, quin adeo suppliciis sibi ipsi infligendis, favorem divinum obtineri posse, omnibus vitæ voluptatibus pio virtutis cultori nuntium esse mittendum, hominesque corpus

pus

pus enecando ad divinæ fortis perfectionem sese evehere. Si his omnibus causæ accedunt externæ; nova religio, cum institutis civilibus haud connexa, numerosa sacerdotum collegia, quæ ritu vivunt peregrino, et paucorum autoritate reguntur, talis sacrorum forma, in qua adspectabili modo pateat sacerdotes summa numinum familiaritate frui et maxima beneficia aliis conferre, prudentissimorum denique virorum autoritas hanc sacrorum faciendorum formam, illam vitæ gerendæ rationem summis laudibus eventulentium. Hæc inquam omnia, si hoc illo ævo locum habent, hierarchiam una cum studio vitæ asceticæ vel jamjam adesse, vel proxime affuturam arbitramur.

Ut vero has hierarchiæ et vitæ asceticæ causas sæculo quarto per orbem romanum adsuisse omnes largiuntur, ita quoque contendere solent: talia opinionum commenta institutorumque monstra Græcis Romanisque olim fuisse inaudita. Ostendendum igitur: omnes istas hierarchiæ et vitæ asceticæ conditiones absque ullo ad Christianismum respectu jam primo post Christum sæculo pullulare coepisse, secundo majora fecisse incrementa, tertio jam altas egisse radices, unde patebit, quod genus humanum vel abs-

que



DE HIERARCHIA

53

ET

STUDIO VITÆ ASCETICÆ

IN SACRIS ET MYSTERIIS

GRÆCORUM ROMANORUMQVE

LATENTIBUS.

SCRIPSIT

PETRUS ERASMUS MULLER,

THEOL. ET PHILOS. DOCT. IN UNIVERSIT. HAVNIENSI

THEOLOGIAE PROFESSOR P. E. SOCIETAT. LITTER.

SCANDINAV. SODALIS.

ACCEDIT AUCTARIUM EODEM AUTORE


De DISCIPLINA ARCANA ELEUSINIORUM.

HAVNIAE MDCCCIII.

EXCUDEBAT JOH. FRID. SCHULTZ.

AULAE REGIAE ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

940. e. 6.



PRÆMONENDA.

Constat plerosque hominum ita naturæ quadam lege comparatos esse, ut sententiarum, quas tenellis auribus instillaverint parentes, tenacissimi fere deprehendantur. Videre quidem licet nonnullos, quos e meliore luto finxit natura, quorumque dotes animi vel dura necessitas, vel disciplina sanior cotis instar acuit, vi ingenii eo sese evehere, ut supra æquales sapiant. Vulgus vero hominum multa ex opinione, pauca ex veritate æstimans, viam a majoribus calcatam fidei premit vestigiis. Cum hæc autem ex ipsa mortalium natura petita esse videantur, nec aliter prisca sæculis res hominum fluxisse, colligere fas est. Si igitur annales, manibus versantes, hoc vel illo ævo insignem opinionum mutationem factam esse legimus; hominum, qui ea ætate vixerint, animos nec

subitanea quadam luce collustratos, nec rursus caliginè obrutos fuisse, statuendum esse censemus; verum potius opinionum vim variis de causis primum cepisse paucos, dein illorum studiis auctam serpsisse ad plures, tum, commodas forte aures nactam, multos occupasse, occasione denique, quæ, si genius sæculi non fuerit adversatus, nunquam deerit, oblata, in omnes longe lateque esse dominatam.

Credimus itaque instituta hierarchica atque ascetica, quorum vinculis Græci Romanique a sæculo inde quarto tenebantur obstricti, haudquaquam Constantini demum conversione animis olim nil tale sentientibus esse injecta, verum jam pridem hominibus sponte admissuris variarum rerum concursu fuisse præparata.

Multi quidem viri eruditione clari primas hierarchiæ et vitæ asceticæ in ecclesia christiana origines diligentissime tractaverunt. Sed quæstionem late admodum patentem hac unica via vix solvi posse arbitramur. Haud enim tantus Christianorum erat sub Constantino numerus, ut præjudicia, quæ in hoc coetu forte vigerent, omnem orbem Romanum occupassent, nisi genium sæculi nacti fuissent sibi consentientem.

Alteram igitur quæstionis partem: quo modo Græci et Romani aut suscepta Christianorum sacra ad jugum hierarchiæ et vitæ asceticæ subeundum præparati fuerint, et per se, ut videtur, tractatu dignissimam, et ab omnibus, quantum quidem nobis constat, fere omnino intactam pro virili solvere conati sumus.

Duplex præterea hujus disputationis redundabit fructus. Partim quod religionis christianæ propagandæ præsidium, hactenus haud accurate satis explicatum, mysteriorum scilicet peregrinorum cum Christianismo similitudo, nova perfunditur luce. Partim quod plenius intelligimus istam præjudiciorum labem, quæ plumbeæ ætatis barbariem adductam fuisse constat, non ad Christianismum esse referendam, sed ad insaniabiles et morum et judiciorum corruptelas, quibus Græci Romaniqve per plura sæcula laborassent.

Jam vero nobis de originibus hierarchiæ et vitæ asceticæ gentilibus disputaturis id primum incumbere videtur, ut vocabula per se ambiguae accurate definiantur. Hierarchia non sumimus sensu strictiori de potestate in ecclesia christiana, sed

subitanea quadam luce collustratos, nec rursus caligine obrutos fuisse, statuendum esse censemus; verum potius opinionum vim variis de causis primum cepisse paucos, dein illorum studiis auctam serpsisse ad plures, tum, commodas forte aures nactam, multos occupasse, occasione denique, quæ, si genius sæculi non fuerit adversatus, nunquam deerit, oblata, in omnes longe lateque esse dominatam.

Credimus itaque instituta hierarchica atque ascetica, quorum vinculis Græci Romanique a sæculo inde quarto tenebantur obstricti, haudquaquam Constantini demum conversione animis olim nil tale sentientibus esse injecta, verum jam pridem hominibus sponte admissuris variarum rerum concursu fuisse præparata.

Multi quidem viri eruditione clari primas hierarchiæ et vitæ asceticæ in ecclesia christiana origines diligentissime tractaverunt. Sed quæstionem late admodum patentem hac unica via vix solvi posse arbitramur. Haud enim tantus Christianorum erat sub Constantino numerus, ut præjudicia, quæ in hoc coetu forte vigerent, omnem orbem Romanum occupassent, nisi genium sæculi nacti fuissent sibi consentientem.

Alteram igitur quæstionis partem: quo modo Græci et Romani aut suscepta Christianorum sacra ad jugum hierarchiæ et vitæ asceticæ subeundum præparati fuerint, et per se, ut videtur, tractatu dignissimam, et ab omnibus, quantum quidem nobis constat, fere omnino intactam pro virili solvere conati sumus.

Duplex præterea hujus disputationis redundabit fructus. Partim quod religionis christianæ propagandæ præsidium, hactenus haud accurate satis explicatum, mysteriorum scilicet peregrinorum cum Christianismo similitudo, nova perfunditur luce. Partim quod plenius intelligimus istam præjudiciorum labem, quæ plumbeæ ætatis barbariem adductam fuisse constat, non ad Christianismum esse referendam, sed ad insanabiles et morum et judiciorum corruptelas, quibus Græci Romaniqve per plura sæcula laborassent.

Jam vero nobis de originibus hierarchiæ et vitæ asceticæ gentilibus disputaturis id primum incumbere videtur, ut voces istæ per se ambigæ accurate definiantur. Hierarchiam non sumimus sensu strictiori de potestate clericorum in ecclesia christiana,

sed latius dicimus eum reipublicæ statum, in quo numerosus sacerdotum ordo, opibus pollens, legibus sibi peculiaribus obtemperans, per multas classes distinctus, quarum singulæ singulis obsequium præstant, summa in laicos autoritate gaudet, omnesque non suos despicit, quin adeo damnat. Studium vitæ asceticæ eo sæculo vigere contendimus, quo spre- tis negotiis civilibus, duriorẽ vivendi rationem, tanquam viam ad favorem divinum obtinendum compendiarium, multi ineunt. plurimi laudant.

*Multa vero opinionum commenta et rerum conditio plane peculiaris adsint, necesse est, ut ille reipublicæ status, hæc vitæ instituendæ ratio locum inveniant. Si forte credunt homines: sacerdotes ultra sortem vulgarem longe esse evectoros, eosdem maxima beneficia mortalibus conferre, ex illorum nutu non modo res sacras sed etiam vulgares optime regi, extra hunc illumve coetum religiosum nullam salutem adipisci licere. Porro si vulgari fertur opinione: non sola virtute sed imprimis certis precum cæremoniarumque formulis, jejuniis, castimoniis, quin adeo suppliciis sibi ipsi infligendis, favorem divinum obtineri posse, omnibus vitæ voluptatibus pio virtutis cultori nuntium esse mittendum, hominesque cor-
pus*

*pus enecando ad divinæ fortis perfectionem sese eve-
here. Si his omnibus causæ accedunt externæ; nova
religio cum institutis civilibus haud connexa, nume-
rosa sacerdotum collegia, quæ ritu vivunt peregrino,
et paucorum autoritate reguntur, talis sacrorum for-
ma, in qua adspectabili modo pateat sacerdotes
summa numinum familiaritate frui et maxima bene-
ficia aliis conferre, prudentissimorum denique viro-
rum autoritas hanc sacrorum faciendorum formam,
illam vitæ gerendæ rationem summis laudibus eve-
hentium. Hæc inquam omnia, si hoc illo ævo lo-
cum habent, hierarchiam una cum studio vitæ asce-
ticæ vel jamjam adesse, vel proxime affuturam arbi-
tramur.*

*Ut vero has hierarchiæ et vitæ asceticæ causas
sæculo quarto per orbem romanum adsuisse omnes
largiuntur, ita quoque contendere solent: talia opi-
nionum commenta institutorumque monstra Græcis
Romanisque olim fuisse inaudita. Ostendendum
igitur: omnes istas hierarchiæ et vitæ asceticæ con-
ditiones absque ullo ad Christianismum respectu jam
primo post Christum sæculo pullulare coepisse, secun-
do majora fecisse incrementa, tertio jam altas egisse
radices, unde patebit, quod genus humanum vel abs-
que*

que victoria Christianismi duro hierarchiæ et monachismi jugo sæculo quarto fuisset subactum.

Cum in his exponendis res antiquorum mysticæ mihi accuratius essent pertractandæ, meamque de his sententiam a vulgari valde differre animadverterem: dissertatiunculam de disciplina Eleusiniarum arcana auctarii loco addere me coactum esse sentiebam.



SECTIO. I.

Variarum superstitionum ad hierarchiam et vitam asceticam spectantium origines in orbe romano a bellis inde civilibus ad mortem Domitiani persequitur.

Illæ Græcorum Romanorumque de diis deabusque fabulæ, quas nostrates plerumque homines absurdissimas esse recte judicant, haud parum reverentiæ in prima sua origine sibi exposcunt, quod ad rem, si multitudinem spectemus imperitam et illis sæculis rudem, efficacissimam, deorum metum injiciendum, quamplurimum valuerunt. Omnis nempe morum disciplina, quæ, quamvis manca, priscam attamen feritatem fregerat, religione deorum antiquitus nitebatur.

Quæcunque vero instituta aut sacris carminibus aut arcanis cæremoniarum formulis

expressa barbari Græcis, Etrusci Græciqve Romanis olim tradiderant, ævo Augusti exiguam invenerunt fidem. Jam Balbus Stoicus apud Ciceronem inducitur a) negans „anum tam exordem inveniri posse, quæ illa, quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimesceret.” Nec minus disertè ipse Cicero causam Cluentii coram prætore agens b) „quid tandem, ait, illi (homini misero eidemqve impio) mali mors attulit? Nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse: a focus, ab uxorum, a fratris, a liberum poenis actum esse præcipitem in sceleratorum sedem atqve regionem, quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? „Nota quoqve ista Juvenalis c)

Esse aliquos manes et subterranea regna,
Et contum, et stygio ranas in gurgite nigras,

At-

a) De natura Deor. lib. 2. cap. 2.

b) Orat. pro Cluentio. cap. 61.

c) Satyr. 2. 149-152. add. his Polyb. Hist. lib. 6. cap. 54.
Tuscul. quæst. 1, 5. 6. Senec. ep. 24.

Atque una transire vadum tot millia cymba,
 Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.

Et facile quidem intelligitur, omnem illam mythologiam temporis decursu antiquatam, et usu veluti tritam sensim sensimque exolevisse. Quamvis enim plurima, quæ de natura deorum in vetustissimis cosmogoniis hymnisque passim legimus, haud temere fuerint excogitata; quippe quæ aut rerum primordia ex philosophorum sententiis explicarent, aut priscas historias prisco sermone expositas memoriæ mandarent servandas: hæc tamen omnia per se haud insulsa in miram abierunt absurditatem, dum poetarum carminibus tractarentur." Hi enim ira inflammatos et libidine furentes adduxerunt deos, fecerunt, ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera videremus; odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortali procreatos d)."

Hæc præterea mythorum farrago non solum sanæ rationi repugnavit, verum nec sibi
 ipsi

d) Cicero de nat. Deor, lib. 1, cap. 6.

ipſi ullo modo conſtitit. Cum enim Græci identidem, Romani ſæpius aliarum gentium deos evocarent, rebusqve ſuis adjungerent; mirum in modum perturbatæ ſunt religiones. Ita, qvi theologi dicebantur, tres numeraverunt Joves, qvinque ſoles, multos Vulcanos, et Mercurios. Complures quoque fuiſſe Apollines, Dianas, Dionyſos, Veneres et Minervas in priſcis litteris invenimus e). Qvis illorum potiffime colendus? Nec ſolum deos ex hominum genere in coelum translatos venerata eſt antiquitas, verum etiam rebus inanibus atqve mutis rem fecit divinam, qvin tantus fuit error, ut pernicioſis etiam rebus non modo nomen deorum tribueretur ſed etiam ſacra conſtituerentur.

Quamprimum igitur Romani, requiem a bellis continuis nacti, qvædam culturæ ceperant incrementa, non potuere non multa in ſacris detegere abſurda; haud enim ſubtiliøre ratione opus erat ad hæc refellenda. Magnam quidem moleſtiam nonnulli philoſophorum, inprimis Stoici, ſuſceperunt, ut commentiarum fabularum redderent rationem, et vocabu-

e) Ibid. lib. 3. cap. 21.

cabulorum, cur quique deorum ita appellati sint, causas explicarent f).

Exiguam vero, si Urbem spectamus, vim philosophorum commenta in opiniones hominum de diis melius efformandas ad ævum usque Augusti habuisse videntur. Primo Latium serius philosophari coepit. Dein quamdiu ex institutis majorum libera regebatur respublica, rem sacram ritu facere romano religiosum erat; nec græculum esurientem antiquum corrigere Numam fas esse credebatur.

Sub primis quidem Cæsaribus g)

Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis,
Esquillas dictumque petunt a vimine collem,
Viscera magnarum domuum dominiqve futuri.

Cum grammaticis vero græcis, geometris rhetoribusque, philosophorum non nisi infimi, et veluti sæx, Romam defluxisse videntur; quide temperantia et virtute ad coenam potius quam ex cathedra differendo, victum sibi diurnum misere quæsiiverunt. Cum præterea Romani in stipendio doctis filiorum magistris

tri-

f) Ibid. lib. 3. cap. 24. lib. 1. cap. 15.

g) Juvenal. satyr. 3. v. 70-74.

tribuendo adeo tenaces esse solerent, ut nulla res patri minoris constaret, quam filius; raras æræ christianæ initio philosophorum in Urbe fuisse scholas, rarius sermones illorum judiciorumque opiniones immutasse populares, conjicere licet.

Neque eodem tempore majorem in Romanos vim sacra exseruerunt arcana. Si nempe initia matris Idææ eximis omnia sacra nocturna senatusconsulto fuerunt prohibita h). Pauciores autem isti vel senatorii vel equestris ordinis, qui Eleusiniis Samothraciisque initiati erant, hic nequidem in censum venire possunt.

Verum enimvero talis rerum status, in quo priscas religiones pedibus obtritas jacuisse vidimus, novas quidem superstitiones undecunque eruendas mortalibus non potuit non portendere. Nam ita fere comparati sunt homines, ut absque reverentia numinis cujusdam deorumve, quorum notionem in omnium animis ipsa impresit natura, vitam haud degere queant. Dum igitur homines istius ævi, et quomodo de rebus divinis sobrie sentiendum, et quid de viribus naturæ rite statuendum, pariter igno-

h) Liv. hist. lib. 39. cap. 14. Cicero de leg. lib. 2. cap. 15.

ignorarent, novis superstitionibus veteres deridendo aures patulas præbuerunt.

Nec parum status reipublicæ hanc in rem contulit. Quamdiu omnia bellis horrent continuis, religiones paucis brevibusque cærimoniæ formulis absolvi solent, longis enim rituum ambagibus nequaquam gaudet castrensis pietas. Ubi vero plurima luxu et mollitie diffluunt, animique rebus futilibus inanibusque distrahuntur, cæremonias peregrinas avidius arripiunt homines leves et bonarum litterarum rudes, curiosiusque prosequuntur. Inprimis vero sacra arcana atque recondita tanto magis percipere juvat, quanto magis res mortalium susque deque ferri videntur. Quicumque enim se rebus, quarum tantæ cernuntur vicissitudines, totos sentiunt esse subjectos, non sua virtute sed favore numinum precum cærimoniarumque formulis obtinendo unice confidunt.

Præsertim vero ea sacrorum genera, quæ cum artibus magicis conjuncta sunt, homines molles et luxuriosos facile invadunt. Homines enim, qui liberalibus studiis neglectis oestro libidinum agitantur, voluptates semel gustatas mox fastidiunt, et veluti Tantalus olim, in ipso voluptatum gurgite sitim patiuntur. Interea vero

vero semper metu trepidant, ne quid forte bonorum amittant, sequē ipsos cuius infortunio impares fore sentientes, quem casum forslatura sit anxie rimari student. Jam igitur, si forte præstigiator quidam vel mathematicus mira nonnulla et portentosa; quæ et sententiarum novitate et rerum monstris animum ex veterno excitent, auribus insuffurraverit, mox attentas ei aures præbent. Tum, si horrendum quid immurmuraverit se mira patranda arte pollere affirmans, et præstigiis nonnullis callide usus portenta quædam edere visus fuerit; summa divinum hominem reverentia meticulosi isti prosequuntur. Turpissimæ superstitioni emancipati credunt eundem non solum mentes humanas pro lubitu regere posse, verum etiam ciere manes, evocare deos, omnesque naturæ vires nutu veluti gubernare. Vita enim, quæ inter continuata convivia immoderatasque voluptates trahitur, ita vim mentis frangit, omnesque remittit vires animi, ut homines ad insolita quævis, veluti pueri ad larvas expavescant.

Sub primis præterea Cæsaribus orbis romanus longe lateque pacatus erat, hostesque populi romani tantopere remoti, ut nullis, nisi qui forte rumores spargerent urbanos et carmina

mina triumphalia blandiando conderent, negotia ulla facesferent. Per summum igitur otium licuit Romanis spoliis orbis terrarum, quæ con-gesserant majores, inter continuas delicias frui. Hinc illæ querelæ haud temere prolatae i).

Nunc patimur longæ pacis mala, sævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulfiscitur orbem.
Prima peregrinos obscoena pecunia mores
Intulit, et turpi fregerunt sæcula luxu
Divitiæ molles.

Cum insuper Cæsares ipsi turpissimæ luxuriæ exemplo ceteris præirent, nebuloni-busque potius quam viris fortibus faverent; plurimi omnium ordinum missa armorum cura redundantium voluptatum gurgiti se totos im-merferunt.

Quanto magis vero pacata erant externa, tanto magis infesta omnia domestica. Sub Tiberio suspicacissimo tyranno primores senatus infimas etiam delationes Tacito teste exer-cuerunt, „alii propalam, multi per occultum, neque discerneres alienos a conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens, quid vetustate ob-
scu-

i) Juven. Sat. 6. v. 291-92, 297-300. add. Senec. consol. ad ad Helviam. cap. 6.

scorum, perinde in foro, in convivio, quaque de re locuti inculabantur k). Anxia itaque et pavens civitas, egens adversum proximos: congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanima tectum et parietes circumspectabantur l).”

Tiberio Cæsar Caligula imperio successit, qui multos honesti ordinis levibus sæpe de causis deformatos prius stigmatum notis ad metalla, aut ad viarum munitiones, aut ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupes cavea coercuit, aut medios ferra dissecuit m); similique superbia atque violentia omnes tractavit ordines n). Immanissima porro facta atrocitate verborum auxit. Illius enim sunt nota ista: oderint dum metuant, ita feri, ut se mori sentiat, utinam populus romanus unam cervicem haberet o).

Post Cajum Claudius salutatus est Augustus, quem ipsa mater Antonia portentum homi-

k) Tacit. Annal. lib. 6. cap. 7.

l) Tacit. Annal. lib. 4. cap. 69.

m) Sveton. in Cajo. cap. 27.

n) Ibid. cap. 26.

o) Ibid. cap. 29-30.

minis dictitavit, nec absolutum a natura sed tantummodo inchoatum p). Libertis ille uxori-
busque addictus, compendio cujuscunque horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est q).

Tum Nero, malo publico natus factusque, imperium occupavit. Priores Cæsares immanitate vincens negavit quemquam principum scisse, quantum sibi liceret r). Ipse vero orbis terrarum dominus, per licita atque illicita foedatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret s).

Post paucorum denique annorum requiem sub Vespasiano et Tito peractorum summa rerum potitus est Domitianus, qui vel ipsum Neronem crudelitate superasse fertur „Nero tamen, ait Tacitus t), subtraxit oculos, jusfitque scelera, non spectavit. Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici; cum suspiria nostra subscriberentur, cum
deno-

p) Sveton. in Claudio. cap. 3.

q) Ibid. cap. 29.

r) Sveton. in Nerone. cap. 37.

s) Tacit. Annal. lib. 15. cap. 37.

t) Tacit. in vita Agricolaë cap. 45.

denotandis tot hominum palloribus sufficeret
sævus ille vultus et rubor, quo se contra pu-
dorem muniebat.”

Quomodo ista vero temporum miseria
vel optimi cujusvis animum ingeniumque
fregerit, ad vivum depingit Tacitus u).
„Nunc demum, ait, animus redit, et quan-
quam primo statim beatissimi sæculi ortu Ner-
va Cæsar res olim dissociabiles miscuerit,
principatum ac libertatem; augeatque cottidie
felicitatem imperii Nerva Trajanus, nec spem
modo ac votum securitas publica sed ipsius voti
fiduciam et robur assumserit: natura tamen
infirmitatis humanæ tardiora sunt remedia quam
mala. Et ut corpora lente augescunt, cito
extingvuntur; sic ingenia studiaque oppresseris
facilius, quam revocaveris. Subit quippe
etiam ipsius inertia dulcedo, et invisa primo
desidia postremo amatur. Quid si per quin-
decim annos v), grande mortalis ævi spatium,
multi fortuitis casibus, promptissimus quisque
sævitia principis interciderunt? Pauci et, ut ita
dixerim, non modo aliorum sed etiam nostri
superstites sumus, exemtis e media vita tot an-
nis,

u) Ibid. cap. 3.

v) Quot annos Domitianu regnaverat.

nis, quibus juvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos vitæ terminos per silentium venimus.”

Memoriæ quidem proditum est: nonnullos antiquiorum Romanorum in simili temporum miseria ad litteras, veluti malorum delinimenta, colendas confugisse. Ita Ciceronem, ut sese ad philosophiam latine explicandam conferret, hortata est animi ægritudo fortunæ magna ac gravi commota injuria x). Hoc Livius quoque laboris præmium petiit, ut se a conspectu malorum, quæ sua ætas tot per annos viderat, tantisper certe, dum prisca illa tota repeteret mente, omnis curæ expers averteret y).

Rara autem hæc inter Romanos exempla, et sequiore in primis ævo fere inaudita. Paucissimi enim Romanorum iis, quæ ad ægritudinem leniendam efficacissima haberi solent, studiis tum incubuerunt. Quem forte juvenem honestæ laudis cupido adhuc occupaverat, vel ad juris scientiam, vel ad eloquentiæ studium animum inclinavit. Sed, cum ceteris artibus neglectis id solum ageret, cum tantummodo dialecticæ subtilitatem et forte juris civilis no-

dos

x) Cicero de nat. Deor. lib. 1. cap. 4.

y) Livius in proem.

dos disceret, animum aduersus ingruentis fortunæ vim male quidem præparauerat. Scientiam nempe didicerat haud talem, quæ omnium artium comitatu pulcherrimo pectus impleret, sed arctis modo limitibus circumfusam; unde, si forte a causis in foro agendis deterreretur, nihil solatii haurire poterat. Nobilium vero longe plurimi nec artes liberales colere, nec arma tractare operæ pretium esse existimauerunt; maximo autem cum studio patricius, ut ait Iuuenalis z).

radere tubera terræ,

Boletum condire, et eodem jure natantes

Mergere ficedulas didicit nebulone parente.

Animis ita præparatis accidit, ut peregrinæ superstitiones Urbem totamque Italianam agmine veluti facto inuaserint. Antiquissima quidem populi romani ætate

Nulli cura fuit externos quærere Divos

Cum tremeret patrio pendula turba sacro a).

Dein, postquam senatus religionis causa deos hospites undique quæsiuerat, evocaueratque,

z) Juven. Sat. 14. v. 7-9.

a) Propert. lib. 4. eleg. 1. v. 17-18.

que, ut suos faceret; privati quoque homines novas inauditasque superstitiones, quas novæ litteræ invenerant, suo Marte coluerunt.

Jam pridem in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, et mores, et cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit b).

Sed ista religionum confusio dudum inchoata severis magistratum edictis diutius fuerat repressa. Anno U. c. 327 A. Cornelio et T. Quinctio coss., datum ædilibus negotium, ut animadverterent, ne qui nisi romani dii, nec quo alio more quam patrio colerentur c). Sæpius dein idem datum magistratibus negotium, ut sacra externa fieri vetarent; sacrificulos vatesque foro, circo, Urbe prohiberent: vaticinos libros conquirent comburerentque, omnem disciplinam sacrificandi præterquam more romano abolerent. Judicabant enim nihil æque dissolvendæ religionis esse, quam ubi non patrio sed externo ritu sacrificaretur d). Irreperant tamen sacra Isis, laudatur enim a

Va-

b) Juvenal. Sat. 3. v. 62.

c) Liv. hist. lib. 4. cap. 30.

d) Ibid, lib. 39. cap. 16. confr. lib. 25. cap. 1.

Valerio Maximo e) factum AEmilii Pauli confu-
lis, qui, cum senatus Isis et Serapidis fana
diruenda censuisset, eaque nemo opificum at-
tingere auderet, posita praetexta securim arri-
puit, templique ejus foribus inflixit. M. au-
tem Popillio Lænate et C. Calpurnio cos., C.
Cornelius Hispallus, praetor peregrinus, Chal-
dæos intra decimum diem abire ex urbe et Ita-
lia iussit. Idem, qui Sabazii Jovis cultu simu-
lato mores romanos inficere conati sunt, do-
mos suas repetere coegit f). Ipsas denique de
religione leges expromsit Cicero hæc in verba
conceptas g).” Separatim nemo habesset deos
neve novos, sed ne advenas nisi publice adsci-
tos privatim colunto.

Quamvis igitur Romani semper ad pere-
grinas superstitiones recipiendas proniores fue-
rint, plurimi tamen melioris notæ, ne, florente
adhuc libertate, civili quadam macula asper-
gerentur, eas vel omnino neglexisse, vel se-
cretius coluisse videntur. Cum vero omnia
bellis civilibus perturbata sunt, nec amplius
de

e) Valerius Maximus lib. 1. cap. 3, 3.

f) Id. lib. 1, 3, 2.

g) De leg. lib. 2. cap. 8.

de vita moribusque quærebatur, magistratuum edicta sprevit, superavitque gliscens superstitio.

Sullanis igitur temporibus collegium Pastrophorum conditum est h); quin adeo consulem Octavium Chaldæi sacrificuli, et qui e libris Sibyllinis vaticinabantur, eadem ætate misere fascinaverunt *). Varro quoque commemorat Serapidis, Ifidis, Harpocratis et Anubis statuas a senatu dejectas per vim popularium fuisse restructas. „Gabinus quidem consul a. U. 696 kalendis Januariis, cum vix hostias probaret, præ popularium coetu, quia nihil de Serape et Ifide constituisset, potiore habuit senatus cenfuram, quam impetum vulgi, et aras constitui prohibuit i).” Neque tamen sua constantia multum effecisse videtur. Anno urbis 700 Serapidis Ifidisque fana, quæ privatim nonnulli exstruxerant, senatus demoliri iussit, quod ea numina non magni aestimavit; deinceps concessit, ut publice extra pomerium colerentur k).

pices

h) Apul. in metamorph. in fine.

*) Plutarch in Mario.

i) Tertull. ad Nat. cap. 10. Apolog. cap. 6. Arnob. lib. 2. p. 95. edit. Lugdun. 1651 in 4to.

k) Dio Cassius hist. Rom. lib. 40. cap. 47.

pices omnia templa Ifidis Serapidisque demoliri jufferunt l). Nihilo tamen secius paullo post tanta pullulavit Ifiacorum copia, ut Volusius ædilis plebis, proscrip̄tus a triumviris, habitum Ifiaci assumferit, eoq̄ve delitescens ad M. Bruti castra pervenerit m) Anno deniq̄ve Urbis 711 triumviri, Cæsar Octavianus, Lepidus et Antonius, templum Serapidi Ifidique decreverunt n).

Inter strepitum itaq̄ve bellorum civilium circulatores, agyr̄tæ, omnis generis harioli Urbem Italiamq̄ve perrep̄fisse videntur. Neq̄ve mirum est omnes istos fallaciis unice intentos, q̄vos huc usq̄ve Asia et Ægyptus tenuiter satis aluerant, postq̄vam fama acceperant Romæ caput esse rerum, illuc velut in dapes sibi paratas irruisse.

Nunc itaq̄ve Galli semiviri, q̄vibus sacra matris Idææ jam olim recepta viam muniverant, per totam Italiam æra geminaverunt crepitan-
tia, solutis ululaverunt comis, loris cultrisq̄ve
lace-

l) Ibid. lib. 42. cap. 26.

m) Valer. Maxim. lib. 7. cap. 3, 8.

n) Dio Cassius lib. 47. cap. 15.

laceraverunt membra o), atque Adonidem
mifere defunctum luxerunt p).

Mox infecuti sunt ex Ægypto sacerdotes
Iſiaci Gallorum ſimillimi, qui lintea induti ſto-
la, capite rafi, ſiſtra et crepitacula quatien-
tes, per vicos et compita curſitaverunt q).
Facilem utrumque hominum genus victum ſibi
paravit.

Ecquis ita eſt audax, ut limine cogat abire
Jactantem Pharia tinnula ſiſtra manu?
Ante Deum matrem cornu tibicen adunco
Cum canit; exiguæ quis ſtipis æra neget r).

Neque ceſſaverunt Chaldæi, quī, quod cui-
que eventurum eſſet, ex natali die ſe prædicere
poſſe profitebantur. Magiſtratibus, arbitror,
ducibusque ex Aſia redeuntibus adhærentes
Urbem et totam Italiam coeleſtium ſignorum
formidine brevi impleverunt.

UL-

- o) Ovid. faſt. lib. 4. v. 180-370. Tibull. lib. 1. eleg. 4. v. 6r.
p) Cultum Adonidis ſaltem ab ætate inde Auguſti invaluiſſe
Romæ, ſatis patet ex Ovid. art. amator. lib. 1. v. 75. Add.
Sveton. Otho. cap. 8.
q) De diſcrimine inter Gallos et Iſiacos cnfr. Banchini de
ſiſtris verſus ſin. apud Grævium vol. 6.
r) Ovid. epiſt. ex Ponto lib. 1. v. 37-40.

Ultimi haud dubie irreperunt Judæi, quorum numerus brevi lætissima sobole mirifice fuit adauctus *). Gens quidem erat meticulosa, sed nullam e manibus emissura occasionem, si forte superstitiosa quædam de cibis eligendis, vel observatione dierum fidis auribus infussurrare posses). Neque illis plane defuit successus t).

Quidam fortiti metuentem sabbatha patrem,
 Nil præter nubes, et coeli numen adorant,
 Nec distare putant humana carne suillam,
 Qua pater abstinuit, mox et præputia ponunt.
 Romanas autem soliti contemnere leges,
 Judaicum ediscunt, et servant ac metuunt jus,
 Tradidit arcano quodcunque volumine Moyfes

Non

*) Philo de legatione ad Cajum. p. 563, 568, 587 ed. Mang.

s) Matth. evang. 23, 15. et Vettstein. ad l. Cnfr. Danz diss. de cura Judæor. in profelytis faciendis. De mulieribus judaizantibus vid. inf. De scriptoribus romanis, qui rerum Judaicarum mentionem fecerunt cnfr. Schlegerus collectio differ rarior. Helmstadt. 1742. in 4.

t) Inter sacra frequentata commemorantur in Ovid. art. amator. lib. 1. v. 76. Cultaque Judæo septima sacra Syro. Add. Juven. sat. 3. v. 296. August. de civit. Deilib. 6. cap. 11. hæc verba Senecæ de Judæis affert ex libro deperdito de superstitione „cum interim sceleratissimæ gentis consuetudo convaluit, utque per omnes jam terras recepta sit, victi victoribus leges dederunt.” Tacit. histor. lib. 5. cap. 5.” Pessimus quisque, spretis religionibus patriis, tributa et stipēs illuc congerebant, unde auctæ Judæorum res.

Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti;
 Quæsitum ad fontem solos deducere verpos,
 Sed pater in causa: cui septima quæque fuit lux
 Ignava, et partem vitæ non attigit ullam u).

Inprimis sabbathorum religio v) et quorundam animalium abstinencia x) ad plures pertinuerunt; quin adeo viri primorum ordinum fuisse videntur, qui sibi dicta putarent illa Perfici y)

— — — — — at cum

Herodis venere dies, unctaque fenestra
 Dispositæ pingvem nebulam vomuere lucernæ
 Portantes violas, rubrumque amplexa catinum.
 Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino:
 Labra moves tacitus, recutitaque sabbatha palles.

Primum hi omnes in domos divitum pauperumque vaticinando malaque futura averruncando aditum sibi paraverunt. Ut enim mens humana hunc in modum sese antiquitus fere

u) Juvenal. Sat. 14, 96-106.

v) Horat. ferm. lib. 1. sat. 9. v. 69-72.

x) Seneca epist. 108. „In Tiberii Cæsaris principatum juventæ tempus inciderat, alienigenarum sacra movebantur, sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinencia.”

y) Sat. 5, v. 179-184.

fere habuit, ut versari quādam inter homines divinationem, id est præsentionem, et scientiam rerum futurarum crediderit, ita hanc artem tum imprimis magnificam et salutarem mortales judicaverunt, si forte ingentes rerum conversiones; (harum vero ista ætas fuit feracissima) quæ exitium multis portendere viderentur, jamjam imminere cernerent. Cum præterea in iis rebus, quæ ad superstitiones pertineant, quævis quanto magis portentosa et insolita, tanto majorem fidem invenire soleant; haud difficile est intellectu, cur, Marfis auguribus haruspicibusque vicinis loco pulsus majorem sibi harioli asiatici fidem fecerint.

Postquam vero levibus ineptisque ingeniis quæstuosam, ut ait Valerius Maximus z), caliginem injecerant; iis dein ad quodvis credendum paratis, omnigena commenta asiatica de expiationibus, portentis, diebus faustis infaustisque, hominum cum dæmonibus consortio, similibusque nugis, quatenus scilicet ipsi harioli, homines plerumque rudiores ex priscis religionum suarum disciplinis hoc illudque hauserant, multis cum ambagibus exposuerunt. His autem

nugis

z) Lib. 1. cap. 3.

nugis utpote patriis, servi Assyrii Aethiopesque, qui magnatibus inprimis foeminis habebantur in deliciis, uno veluti ore succlamasse censendi sunt.

Neque erat, cur his fidem denegaret Romanus, cujus religio tota ad superstitiones hisce haud multum abfimiles inclinavit. Siquidem in secretis pontificum libris multi erant eliciendorum numinum, devovendorum hominum ritus perscripti, multaque in priscis scriptoribus exstabant miraculorum a sacerdotibus auguribus aliisque editorum exempla a) Animos itaque multiplex invasit religio et pleaque externa, nova subinde piacula et novos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quaestui erant capti superstitione animi b).

Tunc nigri lemures, ovoque pericula rupto:

Hinc grandes Galli, et cum sistro lusca sacerdos
Incussere Deos inflantes corpora, si non

Prædictum ter mane caput gustaveras alli c).

Huic

a) Cnfr. Tiedeman de artium magicarum origine. p. 58.

b) Pari ratione peregrina superstitio ab haruspicibus profecta veteres Romanos semel occupaverat Liv. lib. 4. cap. 31.

c) Perf. sat. 5. v. 185-188.

Huic itaque contagioni frustra se opposuit Cæsar Augustus, qui peregrinarum cæremoniarum contemtor d), diis ægyptiis anno Urbis 726 sacra fieri intra pomoerium non passus est. Templorum tamen curam gesit, ut, quæ privatus quispiam fecisset, ea ab horum filiis ac posteris, si qui superessent, instaurarentur; reliqua ipse refecit e). Templum hierosolymitanum tanto in honore habuit, ut ipse cum tota fere familia donariis sumtuosis illud exornaret, insuper edicto jubens, juges quotidie mactari victimas suis sumtibus *). Rursus sacra peregrina quæ se iterum in Urbem insinuaverant anno Urbis 733 represit Agrippa, edixitque, ne quis ea in suburbano intra mille passus perageret f).

Multo minus hac in re profecit Tiberius, quamvis ea severitate uteretur, ut omnes astrologos, magos aut alio quovis modo divinantes peregrinos, necari jufferit g); et actum fuerit

in

d) Sveton. August. cap. 93.

e) Dio Casius lib. 53. cap. 2. p. 697 edit. Reimari.

*) Philo de legatione ad Cajum ed. Mangey. p. 569, 5. p. 592, p. 588, 30.

f) Ibid. lib. 54. cap. 6. p. 735.

g) Ibid. 57. cap. 15. p. 861 Tacit. Annal. lib. 2. cap. 32.

in senatu de sacris ægyptiis judaicisque pellen-
dis, factumque patrum consultum: ut quatuor
millia h) libertini generis ea superstitione infecta,
quibus idonea ætas, in insulam Sardiniam vehe-
rentur coercendis illic latrociniis, et si ob gra-
vitatem coeli interissent, vile damnum: coeteri
cederent Italiam, nisi certam ante diem profa-
nos ritus exuissent i). Sed ipse Cæsar Chal-
dæorum scientiam, quam de imperio sollicitus
in publico damnavit, ipse privatim coluit, et
Thrasylum mathematicum, singula ejus dicta
oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum
habuit k).

Non igitur mirum est, homines nobili-
tate claros res molientes novas, quas cælestium
potius signorum virtutibus quam sua strenuitate
optarent perficiendas, ad Chaldæorum pro-
missa, magorum sacra, somniorum etiam inter-
pretes fuisse impulsos l); turpem vero accusa-
torum

h) Numerum illum Josephus ad 40000 usque adauget Ar-
chæol. lib. 18. 5.

i) Tacit. Annal. lib. 2. cap. 83. Sveton. Tib. cap. 36. Se-
neca ep. 108.

k) Tacit. Annal. 6, 21.

l) V. c. Tacit. Ann. 2, 27.

torum gentem sub tetro et suspicioso principe talia ut veris simillima optimo cuius affinxisse m). Sed artibus arcanis magicisque, quibuscum omnia sacra peregrina plus minusve nexa erant, toties sub primis Cæsaribus crevit autoritas, quoties vir quidam foeminae illustris ob Chaldæos magosque, qui ipsis objiciebantur, capite damnati sunt. Non enim ob res leves nullamque vim habituras tam severa iudicia exerceri posse videbantur.

Neque post Tiberium superstitioni defuit principalis autoritas. Nero maternas furias artibus magicis delenire studuit, atque illis ad discendis maximam impendit curam n). Multos secreta Poppæi habuere mathematicos. Ejusdem furfuris homines Othonem ad imperium occupandum compulserunt o). Vespasianus quidem astrologos urbe excedere iussit p), iisdem tamen ipse, æque ac Domitianus, magnam adhibuit fidem q).

Ne-

m) Exempla sat multa occurrunt in annalibus Tacit. v. c. Lepidæ 3, 22. Scauri 6, 28. Sub Claudio Lollia 12, 22. Statilii Tauri 12, 58.

n) Plin. hist. nat. lib. 30. cap. 2.

o) Tacit. hist. lib. 1, 23.

p) Dio Cassius lib. 66. cap. 9.

q) Sveton. Domit. cap. 14.

Neque magis ægyptiaca religio severitate Tiberii sublata est. Otho, utpote totus ad mores peregrinos compositus, sacra Ifidis sæpe in lintea religiosaque veste propalam celebravit r). Bello Vitelliano commemorantur sacrificuli Ifidis in ipso degentes Capitolio s). Sub Tito fana Serapidis Ifidisque Romæ deflagaverunt t). Domitianus Iseum et Serapeum condidit u). Identidem quoque templa memphitica inter loca urbis maxime frequentata recensentur v). Ad vivum denique Seneca animos æqualium ad sacra ægyptiaca pronos his verbis describit." Cum fistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cum aliqua genibus per viam repens ululat, laurumque linteatus senex et medio lucernam die præferens, conclamat, iratum aliquem deorum; concurritis, et auditis,

et

r) Sveton. Otho cap. 12.

s) Sveton. Domit. cap. 1.

t) Dio Casius. lib. 66. cap. 10.

u) Eutrop. lib. 7. cap. 15.

v) Ovid. art. amat. lib. 1. v. 77. Juven. sat. 6. v. 490. Mar-
tial. lib. 2. epigr. 14. lib. 11. ep. 47.

et divinum esse eum, invicem mutuam alentes stuporem adfirmatis x).

Ad plebem quoque et servos manasse superstitionem, quam ne cultiores quidem homines aspernati sunt, sponte patet. Inprimis vero mulieres, ut ad spem metumque proniores, ita adversus artes praestigiatorum minus praeparatas, peregrinae superstitioni artibusque vetitis operam dedisse constat. Praeclarus hanc in rem locus exstat Juvenalis y), quem integrum hic afferre operae pretium esse videtur.

— — — — — Ecce furentis

Bellonæ, matrisque deum chorus intrat, et ingens
Semivir, obsceno facies reverenda minori z);
Mollia qui rupta secuit genitalia testia
Jampridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt a)

Ple-

x) Seneca de vita beata cap. 27.

y) Satyr. 6. v. 510-555. Addatur de superstitione muliebri testimonium Strabonis lib. 7. p. 297 ed. Casaub. „Superstitionis autores nemo esse mulieres non existimat, eaque viros invitant ad curiosiores cultus deorum, festos dies ac Supplicationes.

z) Describitur Archigallus, cui Galli, sacrorum Magnæ Matris non sacerdotes sed modo collegiati, suberant, veluti hodie monachi abbatibus suis. cnfr. Van Dale de Taurobolio cap. 11. init.

a) „Cujus imperio furebant” Senec. ep. 108 Add. Tertull. Apol. cap. 25. loc. inf. cit.

Plebeia, et Phrygia vestitur bucca tiara,
 Grande sonat, metuique jubet Septembris et Austri
 Adventum, nisi se centum lustraverit ovis,
 Et xerampelinas veteres donaverit ipsi,
 Ut quidquid subiti, et magni discriminis instat,
 In tunicas eat, et totum semel expiet annum b).
 Hibernum fracta glacie descendet in amnem c),
 Ter matutino Tiberi mergetur, et ipsis
 Vorticibus timidum caput abluet: inde superbi
 Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis
 Erepet genibus d): si candida jusserit Jo
 Ibit ad Aegypti finem, calidaque petitas
 A Meroe portabit aquas, ut spargat in aedem e)

Ili-

- b) Hic sermo est de superstitione non romana sed peregrina; credo itaque innui orientale lustrationis genus, quo vestibus, quæ in usu erant, depositis tanquam impuris, novæ induebantur. Similis superstitio adhuc in nonnullis viget Norvagiæ tractibus. Ad festum nativitatæ Christi dominus cum tota familia balneum petit, dein omnes loti mox novas induunt vestes, neque ullus vestimenta ista deposita amplius gestare audet. Juvenalis vero simul indigitat sacerdotis astutiam, quæ vestibus potitur depositis.
- c) Cnf. Horat. serm. 2. 3. v. 288-92. Perf. sat. 2. v. 15.
- d) Cæsar per gradus in Capitolio genibus ad templum adrepsit. Dio Cassius lib. 43. cap. 21. Idem narratur de Claudio lib. 66. cap. 23. Add. Tibull. lib. 1. eleg. 2. v. 85. Senec. de vita beata cap. 27.
- e) Narrat Lucianus in tractatu de Dea Syria p. 1051 edit. Bourdel. non modo sacerdotes sed maximam indigenarum finitimorumque populorum multitudinem ad mare descen-

Ifidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.

Credit enim ipſius dominæ ſe voce moneri.

En animam et mentem, cum qua Dii nocte lo-
quantur:

Ergo hic præcipuum ſummumque meretur honorem,

Qui grege linigero circumdatus et grege calvo

Plangentis populi currit deriſor Anubis.

Ille petit veniam, quoties non abſtinet uxor

Concubitu, ſacris, obſervandisque diebus,

Magnaque debetur violato poena cadurco f)

Et moviſſe caput viſa eſt argenteus ſerpens g)

Illius lacrymis, meditataque h) murmura præſtant,

Ut veniam culpæ non abnuat, anſere magno i)

Sci-

dere, et inde aquam efferre, quam in templum Deæ effun-
dant.

f) Propert. lib. 2, eleg. 24. v. 1. libr. 4. eleg. 5. v. 34. Ti-
bull. lib. 1. eleg. 3. v. 23. Ovid. amor. lib. 1. eleg. 8.
v. 73.

g) Commemoratur draco inter varia iſta crepundia, quæ
ciſtis myſticis incluſa in Eleuſiniis proferebantur Clem.
Alexand. cohort. p. 19. ed. Pott. In myſteriis Sabaziis
draco per ſinum myſtarum trahebatur ibid. p. 14. Cnfr.
Lucianus in Pſeudomanti de ſerpente Alexandri præſtigia-
toris p. 480-81.

h) Per meditata murmura intelligit precum formulas, quæ,
cum ſermone barbarico concepta eſſent, non niſi murmu-
ra auribus Romanis videbantur.

i) Ariſtid. orat. ſacr. 3. p. 319 edit. Jebb." Cum in thermis
verſarer, juſſit me duos anſeres Dea Iſis ſibi ſacrificare.

Ita-

Scilicet, et tenui popano corruptus Ofiris k)
 Cum dedit ille locum: cophino foenoque relicto l),
 Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem m),
 Interpres legum Solymarum et magna sacerdos n)
 Arboris, ac summi fida internuntia coeli
 Implet et illa manum, sed parcius ære minuto.
 Qvaliacunqve voles Judæi somnia vendunt.
 Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi
 Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ

Te-

Itaque ad urbem (Pergamum) accessi, præmissis, qui spectarent, ac præmonens, ut in templo Ifidis cum anseribus occurrerent. Et quoniam hoc tempore alii non erant anseres præter duos duntaxat, accedentibus emtoribus respondit homo, non sibi licere eos vendere, quoniam eos Aristidi ab Ifide sit iussus servare, ipsum enim Aristidem venturum et eos mactaturum.

k) Herod. lib. 2, 47 " Ægyptiorum pauperes ob inopiam facultatum sues fingunt farinaceas, coctasque immolant, cnfr. Zeibich. diff. ad. h. l. in Miscellan. Lips. nov. vol. 7 p. 3. Aliæ placentæ Ifidi sacrae, figuram asini præ se ferebant, hinc Minucius Felix. cap. 18. asinos, ait, cum Ifide religiose devoratis." Videntur itaque Ifiaci, ex infima plebecula orti, sacrificia imprimis plebeia Romanis commendasse.

l) Cnfr. Juven. Sat. 3. v. 14-16.

m) Quod mulierculæ imprimis Iudaismo fuerint deditæ testantur Act. Apost. 17, 4. Joseph. de bello jud. lib. 2, 20, 2. Archæol. 18, 5.

n) Mulierculas Judaicas in silvis delitescentes simulque vaticinantes false vocat magnas sacerdotes arboris, veluti referrent sacerdotes Dodoneas sub quercu oracula reddentes.

Tractato, Armenius o), vel Commagenus haruspex p)
 Pectora pullorum rimabitur, exta catelli
 Interdum et pueri: faciet, quod deferat ipse.
 Chaldæis sed major erit fiducia: quidquid
 dixerit astrologus, credent a fonte relatum
 Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant
 Et genus humanum damnat caligo futuri.

His autem in versibus præter summam muliercularum erga sacerdotes venerationem præcepta quædam morum, græcis romanisque auribus non ita pridem audita, de duris nonnullis exercitiis, quibus numina placarentur, observare juvat. Alia porro occurrunt de abstinentia a re venerea certis quibusdam diebus observanda, de novis expiationum ritibus, de nocturno cum numinibus commercio, quæ peregrinam quoque originem spirare videntur. Quomodo vero hæc opinionum semina magis magisque indies pullulaverint, infra patebit.

Græci longe diutius sacra, quæ antiqua venerata est Græcia, coluisse videntur. Qui
 enim

o) Haruspices Armeniani imprimis a Neronis ætate Romanis innotuerunt. Ad Neronem nempe venerat Tiridates Armenianus cum magno magorum comitatu Plin. hist. nat. 30, 1.

p) De sacerdotibus Deæ Syriæ deinceps quædam afferenda..

enim quinquaginta circiter post Juvenalem annos satyras græce conscripsit Lucianus, externæ religionis mentione rarius facta, superstitionem domesticam, græcam scilicet illam, quam vocamus mythologiam, ita ubivis irridet, ut eam et plebejis, et lautioris conditionis hominibus placuisse, jure nostro colligere queamus.

Cogitandum quippe religionum græcarum origines haud libris quibusdam contineri pontificiis, obsoleto dicendi genere horridis, sed præstantissimis poetarum tradi carminibus, quæ, quidquid erat hominum cultiorum, assidua manu trivit. In sacris Romanorum pleraque incondita rudem illiteratamque ætatem, unde ortum traxerant, retulerunt. Apud Græcos plurima, ut in profanis, ita in sacris bella atque decora. Romanorum porro pontifices auguresque, qui, inter primores civium cooptati, res gravissimas domi militiæque administraverunt, nullam religionum curam, nisi ut litarent more majorum, et auspicia rite caperent, gessisse constat. In Græcia rerum status longe diversus. Hic sacerdotibus eorumve emissariis curæ cordique erat, circumcurritare domos, miracula templi extollere, deique numen celebrare. Sacrificulis enim, nisi forte magna sacrorum
suo-

suorum religione finitimos implevissent, victus defuisset. Accesit præterea, quod multi passim per urbes Græciæ philosophi ita fabularum cyclum data opera explicaverunt, ut, qui ultra vulgum sapere voluerint, sanioem, qua hæc omnia intelligerent, rationem in promptu habuerint.

Multum denique ad sacra pristina conservanda firmandaque, mysteria contulisse videntur, quibus omnibus commune fuisse arbitror q), quod initiati arcanis ceremoniarum hymnorumque formulis, hos illosve deos sibi propitios reddere studuerint. In nonnullis præterea varii de diis mythi et hymnis et saltationibus non quidem explicati fuere, sed simpliciter traditi. Interdum quoque aliqua de statu inferorum monita, et salubria de moribus præcepta gnomarum involucro mystis data. Ut vero omnia in conventibus mysticis externa summam præ se tulerunt deorum, quos colebant civitates, reverentiam; ita quoque *τα εσωτερικα* religionibus civilibus stabiliendis egregie inservierunt. Homines enim cultiores, sacris acceptis, eam mythorum popularium partem,

q) De his uberius disputavimus in auctario huic dissertationi addito.

tem, cujus arctiorem cum moralitate nexum initiati adspexerant, vel forte ipsi senserant, tanto minus contemserunt, quanto commodius istam mythorum farraginem singuli ad suam sentiendi rationem explicare potuerunt. Ita in eodem mysteriorum genere Plato præcepta moralia r), Varro doctrinas physicas s), Diodorus mythos historicos t), Plutarchus quendam dæmonologiæ expositionem u) se invenisse crediderunt. Mystæ vero rudiores numina, quorum pompæ exhibitæ sunt tam magnificæ, quorum lætissimæ datæ sunt promissiones, optima esse et maxima quovis pignore contenderunt.

Neque tamen, religionibus peregrinis latius indies per orbem romanum serpentibus, a communi contagione immunem se Græcia servare potuit. Hinc Asia et imprimis Ægyptus nova semper sparsit superstitionum semina. Illinc Italia totos subinde ejecit hætiolorum greges,

r) V. c. In Phædon. p. 157 vol. 1. edit. Bip. In Gorgia p. 100. vol. 4.

s) Cnfr. Augustin. de civit. Dei lib. 7. cap. 28.

t) V. c. Biblioth. lib. 1. cap. 22. p. 26 ed. Weffeling.

u) V. c. De oraculor. defectu cap. 13, 14, 15. De facie in orbe lunæ cap. 30.

ges, qui Urbe pulsi transmarinas provincias atque ipsam Græciam peragraverunt. Accesit Urbis et primorum ordinum exempla, quæ magnam in homines provinciales auctoritatem exferere solent. Inprimis initiationum novarum desiderium Græcos rerum abditarum curiosissimos sensim sensimque occupavit. Ab una parte mysteria Eleusinia et Samothracia certis locis erant adstricta, neque aditus propter majora initiationis expensia multis patuit. Ab altera parte mysteria Orphica v), Sabazia x), Matris Deorum y) Adonidisque z) ad trivialem superstitio-

v) Plato de rep. lib. 2. p. 220 vol. 6. edit. Bip. Theophrast. de superstitioso. Demosth. pro Ctesiphon. p. 313. vol. 1. orator. Reiskii.

x) Cicero de leg. lib. 2. cap. 15. Novos Deos, et in his colendis nocturnas pervigilationes sic Aristophanes, vexat, ut apud eum Sabazius, et quidem alii dii peregrini iudicati, e civitate ejiciantur. Diodor. Sicul. lib. 4. cap. 4. Lucianus in Icaromenippo (p. 739 edit. Bourdel.) Attin et Sabazium *θεοσ μεταοικησ και αμφιβολησ* vocat. add. id. in concilio Deor. p. 1098. Arnob. adv. gentes lib. 5. p. 173 edit. Lugdun. Batav. 1651. in 4. sacra Sabazia commemorat inter ea, quæ non sunt græca.

y) Dictæria Menandri in sacra matris magnæ et apophtegma Antisthenis refert Clemens Alexandrinus in cohort. p. 64 ed. Pott. Athenæus lib. 12. p. 541, E. edit. Casaub.

z) Plutarch. amor. cap. 14. p. p. 22 vol. 4. ed. Wytt. „Non nunc primum aram et hostiam Cupido exigit, neque ab
aliqua

stitutionem et turpem morum scurrilitatem delapsa, omnem dignitatis speciem primo post Christum sæculo prorsus amiserant.

Superstitio vero peregrina, tandem ubivis recepta, vim longe diversam in sacra Græcorum Romanorumque exseruit. Cum illis brevi coaluit, hæc magna ex parte sustulit. Romanorum scilicet priscorum religionem fere totam ritus sacer et disciplina haruspicum confecerunt. In sacris græcis narrationes quoque mythicæ, hymnis pæanibusque decantatæ, insignem locum sibi vindicaverunt. Jam ritus sacrificiorum si mutas, tollis, in narratione autem mythica multa mutare, multa adjicere licet. Præterea quo propius ab origine Ægyptiaca Græcorum sacra erant remota, eo melius cum iis coalescere potuerunt. Sacra autem romana et locorum et temporum spatio remotiora non sacris ægyptiacis misceri, sed potius loco pulsa iis cedere visa sunt.

Vidimus igitur omnia tam romana quam
græ-

aliqua barbarica superstitione advena est, sicut Attæ et Adonæi qui dicuntur, ab semimaribus et mulieribus introductus, ut libidine quadam inconvenienti fruatur, et merito tanquam spurius inter deos ad causam dicendam citetur."

græca primo sæculo insignem religionum conversionem portendere. Sacris antiquis, quæ cum reipublicæ statu optime erant nexa, omnis et autoritas et gratia perierat. Superstitio externa animos, quos jam Inxuria fregerat, hinc multis cinctos terroribus, illinc promissis magorum allectos, prorsus occupavit. Sacrificuli vatesque orientales mores peregrinos novaque instituta auribus muliercularum hominumque levium insuffurraverunt.

SECTIO. II.

Historiam inprimis mysteriorum, quibus introducta fuit hierarchia, via autem munita institutis asceticis ab imperio Nervæ ad mortem Comodi exponit.

Nerva, Trajano, Hadriano duobusque Antoninis regnantibus, et res et litteræ Romanorum iterum effloruerunt; neque tamen hac epocha vis religionis peregrinæ ullo modo imminuta est, verum potius, novis per initiationes mysticas viribus aucta, animos hominum quoque prudentiorum eo citius occupavit.

Facile quidem intelligitur, scurras Magnæ Matris conjectoresque Iliacos, quorum scientia nulla, artes rudiores, mores pessimi, estimatione inter homines cultiores floruisse haud diuturna a). His autem sacrorum propudiis
ad

a) Plutarch. cur Pythia non reddat oracula carmine cap. 25. p. 37 ed. Wyttemb. vol. 2. "Maximam poesi infamiam para-

tiatæ c). Nonnullos nativum res abditas scrutandi desiderium occupaverat. Aliis omnium deliciarum tædio confectis mystarum narrationes nova nec ingrata spectacula portendere visæ sunt d). Plurimos denique artium magicarum pellexit libido. Ut enim magia in quavis civitate, si forte penitior rerum naturæ cognitio haud invaluerit, et vetari semper, et retineri solet; ita eo imprimis sæculo, quo artes divinatrices præ litteris sensum communem foventibus floruerunt, fraudulentissima artium in toto terrarum orbe plurimum valuit e).

Novas pristinae superstitioni vires ipsi addide-

e) Origen. adv. Cels. lib. 8. p. 408 edit. Spenceri. Ait Celsus homini Christiano "quemadmodum tu bone vir credis æterna supplicia; sic etiam sacrorum nostrorum interpretes, initiatores accedentium ad ea mystagogiqve. Tu ea minaris aliis, illi contra tibi. Considerandum igitur utra veriora firmioraqve.

d) Observat. Arrianus lib. 4. cap. 1. p. 106 edit. Schweighauser neminem sua sorte vel feliciore contentum vivere „etiam mystæ initiationem diutius durare vellent." Plut. de facie in orbe lunæ, cap. 28. p. 546 „gaudium degustant, quale maxime percipiunt, qui sacris initiantur, trepidatione ac svavi spe permixtum.

e) Satis ostendunt hoc Pseudomantis Luciani et apologia Apuleii. Exemplum stultissimi præstigiatoris judaici profert Capitolinus in Marco cap. 3.

diderant academici, inter quos jam Xenocrates non solum bonos, verum etiam malos assumit genios; quod quoque discrimen Chrysippus aliisque Platoniorum haud improbaverunt f). Prono dæmonologiæ additamentum studio exceperunt omnes, qui aliquam in mythis pie simulque probabiliter interpretandis operam posuerunt. Nunc enim omnia, quæ in bonos dæmones haud congruere videbantur, in malos transferre licuit. Diferte Plutarchus sacrificia, in quibus crudæ vorantur, discerpuntur homines, jejunia et planctus adhibentur, sæpe numero etiam obscœna dicta, furores et conclamationes bellicæ cum fremitu et cervicium jactatione, malorum geniorum causa instituta esse monuit g). Genios enim, qui oracula procurant, orgiis et sacrificiis adsunt, non semper recte, sed interdum pro libidine, injusta gratia vel odio agere, et hanc ob causam poenas pendere, et rursus in terram detruedi credit h). Fuerunt quoque, qui more Græcorum solito recentiorum somnia Homero affinxerint

f) Plutarchi. de Iside et Osiride. cap. 25. p. 329.

g) Id. de oraculorum defectu cap. 13.

h) Id. de facie. in orbe lunæ cap. 30. p. 549 Wjttemb. vol. 5.

runt i). Attamen fasii sunt viri sapientes ple-
rosque dæmonas terrestres, cruore, nidore,
rebusque similibus se oblectantes iisque de-
vinctos, nihil aliud posse quam sanare cor-
pora, et ventura hominibus civitatibusque
prædicere, tum quidquid ad res mortales per-
tinet, id scire ac efficere k).

Hoc vero dæmonum discrimine constitu-
to, pristinum, quo artes magicæ premebantur
dedecus, magna ex parte fuit sublatum. Ho-
mines enim cultiores artem, quæ incantationi-
bus et præstigiis absolvebatur, seu impiam ab-
horrentes, aliam Apollonio Tyaneo imprimis
præeunte amplexi sunt, quæ deorum ope sacri-
ficiis,

i) Origen. adv. Cels. lib. 7. p. 335 edit. Spenc. in 4. „Me-
mini me, ait Origenes, legisse apud quendam Pythagori-
cum, qui scripsit de reconditoribus hujus poetæ sensi-
bus, quod verba Chrysis ad Apollinem et ab Apolline
immissa Græcis pestilentia nos doceat; non ignoratos
fuisse Homero malos quosdam dæmonas gaudentes nido-
ribus et sacrificiis, quæ mercede corrupti sacrificatoribus
suis perniciem aliorum retribuunt, si modo illi postulent.“
Origen. adv. Cels. lib. 6. p. 304. Celsus versus Iliados,
15. v. 18 24. ita interpretatur, ut dicat, his obscure in-
nui, quod Deus, cum materiam errantem invenisset, ab
initio certis rationibus devinxerit, et ornaverit, et quod
noxios dæmonas, qui circa illam versarentur puniendos
ad infima dejecerit.

k) Verba Celsi apud Origen. adv. Cels. lib. 8. p. 417.

ficiis, cæremoniis expiationibusque rite impetrata, res miras efficerent l). Illam qui profiterentur artem, homines statuerunt esse lucifugos, sapientibus principibusque æque invisos, qui magnorum deorum contemtores sacra horrida diis inferis facerent m): hanc vero

qui

l) Philostratus his verbis crimen magiæ, quod Apollonio obijciebatur, diluere conatus est. „Incantatores, quos et ego omnium hominum infelicissimos esse judico, partim spiritibus torquendis se applicant, partim sacrificiis barbaris, partim carminibus venenisque sese fatis sancita mutare jactant: multiqve eorum accusati talia facti sunt se callere. Apollonius autem seqvebatur a fatis sancita, antea prædicens tantum necessario ea futura esse: ipse a utem ante noverat non incantamenti usus, sed ex his, quæ dei illi monstrabant.” Philostr. in vita Apollon. lib. 1, 2. 7, 38, 39. 8, 7. *Mirror Tiedemannum v. ill. in libro egregio, quem de artium magicarum origine conscripsit, negasse p. 67. Apollonium diserte aut oblique uspiam agnovisse discrimen dæmonum in constituenda differentia magiam inter et præstigiatorum artem, cum locus hanc in sententiam fatis disertus exstet. Philost, vit. Apoll. lib. 12. cap. 7. p. 341 edit. Olearii. „Qvem o Imperator (ait Apollonius Domitiano) putes, cum magus videri summopere ambiat, Deo tribuere, quod ipse fecerit? aut quos habiturum artis admiratores, si ad Deum referat id, quod mirabile sit? Qvem item Herculem invocaturum, magus qui sit? Talia nempe miseri illi scrobilis tribuunt et inferis diis, in quibus Hercules censeri non potest.*

m) Philostr. vit. Apoll. lib. 8. cap. 7. sect. 2. Magorum collegia deorum sacra fere fugiunt, sunt enim ejus artis professoribus infesta. Noctem autem et quidquid obscurum

qui callerent, rerum sacrarum peritissimos, hominesque diviniore indolis a Deo ipso in perpetrando omnibus miris adjuvari, deque ordine factorum divinitus edoceri n). His denique magiæ propagandæ causis annumeranda est imperatorum clementia: sub bonis nempe principibus artes exercere occultas haud amplius capitale censebatur o).

Jam vero Ægyptii inprimis et Babylonii p) magna ob artes magicas celebritate florere. Solent quippe homines peregrina et peregrinos magis mirari, majoraque ab iis quam a popularibus expectare; omne enim peregrinum habet aliquid obscuri, in quo ad lubitum et ex animi sententia fingendo exsultet phantasia q). Quem igitur plebs imperita philosophum

fit, sibi inducentes, stolidos consultores nec oculos habere nec aures patiuntur. Qvis vero coram viris sapientibus aut sapientiam saltem præ se ferentibus, de artibus magicis sermonem exordiat?

n) Philostr. lib. 6. cap. 10, 11. lib. 7, 38. Litt. Apollon. 16-17.

o) Cnfr. epistola Hadriani de Alexandrinis in Saturnino Vopisci cap. 8.

p) Lucian in Philopseud. passim. Philostr. vita Apoll. lib. 1. cap. 2. lib. 6, 11. Photii biblioth. cod. 94.

q) Verba sunt Tiedemanni in libro de artium magicarum origine p. 75.

phum religiosiorem vidit, magum vulgo nominavit r); eoqve magis hominem communione loqvendi cum diis ad omnia, qvæ vellet, incredibili qvadam vi cantaminum pollere judicavit; qvo magis ex disciplina orientali scientiam hausisse videbatur.

Non est igitur, cur miremur, homines magiæ deditissimos ad mysteriorum peregrinorum adyta properasse, ut abditis philosophiæ orientalis thesauris potirentur, atqve, diis per teletas facti propiores, eo facilius visionibus divinis digni censerentur s). Neqve omittendum est, nova mysteria, dum ipsa initiationum rituumqve novitate animos traxerint, haud pauca tamen cum Eleufiniis Samothraciisque habuisse communia t); unde ex ipsa, qva antiqva mysteria adhuc colebantur, veneratio-

r) Apuleji Apolog. p. 448 edit. in us. Delph.

s) Qvo pluribus Lucius ille Apuleji initiatus est mysteriis, eo pluribus quoqve gavisus est visionibus. Apul. metam. lib. II. ad fin.

t) Duplex aderat hujus similitudinis ratio, partim sacerdotes Ægyptii Phrygiqve ex Græcis multa ab Alexandri indetate mutuati sunt; partim ipsa Græcorum mysteria originem ab Oriente traxisse videntur.

ratione, haud exiguam sibi paraverunt auctoritatem u).

Constat denique sacra mystica ita fere fuisse comparata, ut populares de diis deabusque mythos haud sustulerint, verum potius novis auctos symbolis allegoriisque sanxerint. Ita Apulejus v) "quam Deam rerum vocat naturam parentem, elementorum omnium dominam, sæculorum progeniem initialem, summam numinum, reginam manium, primam cœlitum, Deorum Dearumque faciem uniformam, quæ cœli luminosa culmina, maris salubria flumina, inferorum deplorata silentia nutibus suis dispensat „eandem esse ait” cujus numen unicum, multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis. Quam itaque primigeni Phryges Pessinunticam nominant Deum matrem, hinc autochtones Attici Cecropiam Minervam, illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam, Siculi trilingves Stygiam Proserpinam, Eleusini vetustam Deam Cere-rem, Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecaten,

u) Plut. de Isidi cap. 45.

v) Metamorph. lib. 11. p. 362-365.

ten, Rhamnufiam alii, et qui nascentis Dei Solis inchoantibus radiis illustrantur Æthiopes, Ariique, priscaque doctrina pollentes Ægyptii, cæremoniis prorsus propriis percolentes, appellant vero nomine reginam Ifidem.”

Neque tamen crederem Apulejum genuivi hymni mystici verba attulisse, siquidem hoc pacto myfteriorum arcana, quæ magna ex parte in formulis hymnorum erant posita, myfteriis deditissimus profanasset. Platonius autem sacrorum rationem juxta systema suum explicavit. Sed ab altera parte admodum est probabile, Apuleium ad hymnos mysticos respexisse x), atque

x) Neque tamen iis assentior viris doctis, qui Apulejum fabulam suam milesiam non absque gravi censilio scripsisse asserunt (v. c. Sainte Croix *mysteres du paganisme* p. 500 Thorlacius de *Plyche et Cupid.* p. 22-23). Nemo librum narratiunculis putidis refertum perlegens in hanc credo sententiam facile incidisset, nisi, nomine auctoris cognito, aliquid supercilio philosophico dignum hoc in libro se inventurum expectasset. Rem mihi ita sisto. Circumferebatur fabula quædam milesia de homine in asinum mutato, quæ, sicuti multæ, quæ apud plebeculam quoque nostram narrantur fabellæ, originem spirat orientalem. Fabulam, in qua latus ingenio decurrendi campus patere videbatur, litteris exposuit Lucius quidam Patrensis (Photii biblioth. cod. 129), qui quidem a fide narrationibus hujusmodi habenda forsitan haud alienus, alios antiquiores hoc in scribendi genere sibi præeuntes habuit (Phot. cod. 166. p. 363 ed. Schotti) Lucianus quoque Samosatenus more suo

que igitur in suo afferendo, non secus ac hymnorum orphicorum (qualiscunque demum ætatis sint) conditores, aliquam cum istis servasse similitudinem. Illam vero in hymnis mysticis vocum farraginem et in attributis conjungendis syncretismum y) partim pietati mystagogorum
 pro-

exornavit, et lepidissimo epiphonemate luxuriam muliebrem perfricante, ex suo ingenio haud dubie hausto, non parum auxit. Eandem denique historiam occupavit Apulejus, eamque ratione, quam æqualibus gratisimam fore credidit, enarrare conatus est. Quas igitur nugaces historiunculas de spectris, sagis, matronarum sacerdotumque libidinibus, in promptu habuit, insulforum hominum delicias addidit. Huic porro farragini venustum, ut ad omnium gustum sese accommodaret, de Psyche et Cupidine mythum inseruit, quem a mysteriis forte haud alienum (cnfr. elegantissima Thorlacii nostri de consilio hujus fabulæ dissertatio) vel ipse, vel alius philosophus Platonem imitatus, suo exornaverat ingenio. Jocosæ denique rei exitum fecit sollennem, partim ut eam, qua ipse erga mysteriorum religionem plenus esset, reverentiam testaretur, partim ut gratiam legentium, quorum plurimos initiatos esse sciret, pompas et initia magnifice describendo demereret. Neque sane longa disputatione opus est, ut intelligatur, cur juvenis, et ubertate ingenii et facilitate morum præditus, (cnfr. Apuleji vita ex Wowerio in init.) qui in libris lascivioris argumenti describendis sibi placeret; (cnfr. vita) tenuitatem patrimonii libro vendibili diminuere conatus fuerit. Huic quoque sententiæ judicia favent Septimii Severi (Capitol. in Clodio Albino cap. 12.) Macrobiani (in somnio Scipionis lib. 1. cap. 2.)

y) Nil disertum de hoc syncretismo in ipsis mysteriis allatum fuisse arbitror. Abhorret nempe disertior propositionis
 cujus-

procul dubio debebatur, omnes cognominum ampullas ad majestatem Dei mystici evehendam sollicitè colligentium, partim philosophiæ alexandrinæ placitis acceptum referendum est. Hac nempe disciplina saltem degustata antistites sacrorum crediderunt, varia deorum dearumque numina vel unam eandemque esse rerum naturam, omnium rerum parentem, vel varias esse animæ mundi emanationes.

Duplicis igitur deorum mysticorum et cognomina et attributa erant generis, alia ex mythorum antiquorum traditione orta erant, alia juxta placita philosophiæ alexandrinæ a mystagogis recentioribus fuerant recepta. Illa ruditati priscae ætatis erant accommodata, hæc ad subtiliora philosophiæ neoplatonicæ de naturis divinis placita erant confecta. Dum ita vera falsis in mysteriis permiscebantur, factum est,

cujusdam explicatio a consuetudine mystica non nisi nomina, allegorias, symbola et gnomas ferente. Locum igitur Plutarchi de Iside cap. 35. p. 340 edit. Wyttemb.
 „Esse Osirin eundem ac Bacchum Deum, cuinam magis convenit scire, quam tibi o Clea, quæ et Thyadum Delphicarum es priuceps, et a patre ac matre Osiriacis consecrata sacris” de propositione quadam non verbis discretis expressa, sed ex symbolis cognominibusque utriusque Deo additis eruenda intelligo.

est, ut ad omnium singulorumque palatum res mysticæ temperarentur. Cultiores enim sua philosophemata, rudiores fabulas priscas spectaculorum pomparumque mysticarum sollemnitate tradi existimaverunt.

Cum igitur tantam vim mysteria peregrina in animos eo sæculo exseruerint, horum imprimis rationem pertractare operæ erit pretium. Ut vero justus ordo in his describendis servetur, singulæ singulatim initiationes enarrandæ sunt.

Sæculo secundo ineunte sacra matris Idææ nova per Italiam ceperunt incrementa. Refert Martialis z) mystica Dindymenes sacra inter formulas jurandi a foeminis usitatas. Poetam vero neque cultum Cybeles publicum, quem antiquitate obsoletum Phrygius et Phrygia peregerunt a), neque sacra bonæ Deæ, quæ summam infamiam contraxerant b), respexisse arbitror. Inprimis vero multa testantur inscriptiones c)

VIROS

z) Lib. 8. epigr. 81.

a) Dionys Halicarn. ant. Rom. lib. 2. cap. 19.

b) Juven. sat. 6. v. 313.

c) Collectæ sunt a Van Dale in diss. de origine et ritu Taurabolii Add. quædam ex Murator, thes. inscript. nov. vol. 1. p. 130.

viros foeminasque vel primi ordinis sacris hujus Deæ fuisse initiatos, atque sacrificia magnæ deorum matri passim per totum orbem romanum d) ritu fecisse insolito.

Prima novæ superstitionis incunabula ex Syria procul dubio repetenda sunt. Narrat Lucianus Hierapoli, urbe Syriæ, templum magnificentum summa Syrorum frequentia celebre exstructum fuisse cuidam Deæ, quam Rheam esse sive Cybelen signa in templo consecrata, et galli virilia amputantes satis superque arguunt e). Hujus ex numerosissimo sacerdotio nonnullos ad Italiam delapsos sacra matris Idææ restaurasse, ita tamen, ut pro sapore istius sæculi et mystica et magica admiscuerint, admodum est probabile.

In descriptione templi Syriæ commemoratur peculiaris sacrificii ritus, juxta quem sacrificator, preces fundens, caput et pedes hostiæ suo capiti imposuit. Hac ex consuetudine, accedente opinione græca de vi taurini sanguinis

ex-

d) Inscriptiones huic Deæ dedicatæ non modo in Italia, sed etiam in Hispania, Gallia, quin adeo in Britannia prope vallum Severi (Gruter p. 86, 7.) erutæ sunt.

e) Lucian. de Dea Syria p. 1062 edit. Bourdel.

expiatoria f), ritus taurobolii per omnes provincias occidentales a medio inde sæculo secundo g) receptos originem duxisse conjicio.

Qui taurobolio consecrandus erat in scrobem profundam terra egesta demittebatur, deinde scrobe tabulis foraminatis constrata, taurus auratis cornibus insignis desuper a sacerdote mactabatur, ita ut sanguis per foramina in scrobem deflueret, quem capite, naribus, oculis, auribus, toto denique corpore excipiebat homo in ea caverna defossus h).

genus

f) *Æschyl. Eumenid. v. 452-53.* In mysteriis adhibebatur sanguis suillus Apollon. *Argon. libr. 4, 705.*

g) Antiquissima inscriptio, quæ, mentionem continens taurobolii, hactenus fuit eruta ad annum Ch. 170, pertinet. Cnfr. *Marmora Taurinensia vol. 1. p. 18.*

h) *Firmicus Maternus p. 92 ed. Wover. Rem fufe describit Prudentius in Roman. v. 1006. seqv. Add. verba poematii antiqui a Salmasio allati ad Lamprid. Heliogab. cap. 7.*

Qvis tibi taurobolus vestem mutare svasit,

Inflatus dives subito mendicus ut esses.

Obsitus et pannis modicis tepefactus . . .

Sub terra missus, pollutus sanguine tauri.

Sordidus infectas vestes servare cruentas

Vivere cum speras viginti mundus in annos.

Typum hujus sacrificii ære cælatum vid in mem. de lacad. dis inscript. vol. 2. de Boze dissert. *Marmor. Taurin. vol. 1. p. 24.*

genus tanti meriti esse putabatur, ut taurobolii se in æternum renasci, atque in annum vicesimum pueros mundosque permanfuros crederent i) Post hoc temporis spatium sacra taurobolii repetenda k). Neque modo infimæ conditionis homines, verum etiam honestioris loci, viri l) foeminæque m) has fordes admiserunt. Neque singuli semper pro sua salute verum etiam pro salute aliorum n), inprimis sacerdotes provinciales pro salute imperatorum taurobolium crioboliumque perceperunt o). Interdum alium fecisse expensas, alium vires tauri excepisse invenimus p).

Multi

- i) Cnfr. inscriptio apud Van Dale p. 4. lib. cit. p. 42 **AE**desius taurobolio criobolioque in æternum renatus aram sacrauit. In alia inscriptione apud eundem p. 145 extant verba: augentur meritis symbola tauroboli.
- k) Cnfr. versus supra cit. et inscript. apud Van Dale p. 120.
- l) V. c. Clodius Flavianus pontifex major quindecimvir apud Van Dale p. 29. **AE**desius vicarius præfectoris per Hispanias p. 42. Orfitus augur p. 43. Cejonius Rufus Volusianus, filius præfecti prætorii p. 120.
- m) Van Dale p. 41. 47, 60-61, 79. Gruter p. 29-30. Inter has commemoratur Fabia Paulina uxor viri consularis p. 79.
- n) Van Dale p. 7. 60-61, 70 seqv.
- o) Ibid. p. 55, 57, 68. *Marmor. Taurinensia* p. 19.
- p) Ibid. p. 47 seqv.

Multi quoque sacerdotes his sacris erant addicti, quorum primarii collegium dendrophororum constituerunt q), habueruntque prædia publica sibi deputata r). Collegii præses fuisse videtur archigallus illi sanctissimus, qui magna gavifus est autoritate s). Etiam inter sacerdotest

q) Dendrophoros matris Idææ fuisse ministros patet ex inscriptione antiqua, quam explicavit de Boze in *diff. de taurob.* (mem. de Lacad. des inscript. vol. 2.) et versibus Commodiani a Salmasio allatis in notis ad *Spartian Caracal.* cap. 9.

Egregios proceres currum servare Cybellæ,
 Quem traheret conducta manus Megalensibus actis,
 Arboris excisæ truncum portare per urbem,
 Attin castratum subito prædicere solem.

Ex his quoque versibus accedente similitudine cum *Pastophoris* (Sacerdotibus *Isidis*, de quorum dignitate satis constat) colligo, istos non viles fuisse sacrorum ministros, sed potius sacerdotum primarios.

r) *Cod. Theod. tit de paganis et templis lex. 20.*

s) *Tertullian. apol. cap. 25.* „Marco Aurelio apud *Syrmium*, reipublicæ exempto, die decimo sexto kalendarum *Aprilium* archigallus ille sanctissimus die nono kalendarum earundem, quo sanguinem impurum lacertos quoque castrando libabat pro salute imperatoris *Marci* jam interemti solita æque imperia mandavit” (votorum scilicet). Commemoratur in inscriptione apud *Van Dale* p. 103 taurobolium ex vaticinatione archigalli factum. Exstat de archigallis dissertatio *Dominici Georgi* in thesauro *inscript. Murat.* vol. 1. p. 208-18.

tes foeminas quædam maxima est appellata t). Aderant quoque hoc sæculo homines fanatici, qui seipfos gallorum more exsecaverant, atque brachia cultris misere laceraverunt; partim ut Deam sibi redderent propitiam, partim ut salus inde ad alios redundaret u). Inter ritus itaque sacros luctus inpvimis et severior a pane abstinentia commemorantur v). His omnibus effici credebatur, ut mystæ x) matris Idææ vitam favore numinis securi degerent y). Illi autem, qui mortis adventu Deam Cybelen, forte ob sacra neglecta, sibi iratam crediderunt, corpus suum ad mala averruncanda juxta ædem Deæ sepeliri interdum jusserunt z).

Ab

t) Van Dale p. 142-143.

u) Tertull. l. c. Lamprid. in Commodio cap. 9. „Bellonæ servientes vere exsecare brachium præcepit studio crudelitatis.” Hinc nonnulli contra omnem antiquitatis consensum efficere voluerunt vulnera. Bellonariorum alias fuisse ficta. Exsecare autem habet notionem abscindendi vel mutilandi. Ferox igitur Cæsar, non quidem, ut mihi videtur, crudelitate sed superstitione impulsus coegit Bellonarios, ut cultros altus carni immitterent.

v) Arnob. lib. 5. p. 167 edit. Lugd. 1751 in 4.

x) Gruter. p. 28, 6, commemoratur in inscriptione.” Taurobolique simul magni dux mystice sacri.

y) August. de civit. Dei lib. 7. cap. 24.

z) Gruter p. 31, 8. Popilius Avitus P. F. indulgentia Pontifici.

Ab hisce vero mysteriis sacra scurrilia, si mores reputas, toto coelo erant diversa, si præcepta spectas et de diis opiniones, haud admodum erant absona, quæ homines e triviali popularium sæce per vicos et oppida cymbalis et crotalis personantes, Deamque Syriam circumferentes, inter mendicandum celebraverunt. Purissimam isti ore laudabant castimoniam, sed vitam degebant turpissimam a). Gregis hujus mores et sacra simul vero vim ad animos plebeculæ flectendos haud exiguam Apulejus vividis coloribus ita depinxit b).

„Nec paucis pererratis casulis ad quandam villam possessoris beati perveniunt (sacerdotes Deæ Syriæ), et ab ingressu primo statim absone ululatibus constrepentes, fanaticè pervolant. Dique capite demisso, cervicibus lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, et nonnunquam morsibus suos incurstantes musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant. Inter hæc unus ex illis
bac-

tifi. Iceditaur., locum sepul. accepi ante æd. Deæ Magnæ Cybeles quam iratam sensi.

a) Apul. metam. lib. 8. p. 264.

a) Ibid. p. 260-62.

bacchatur effusius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis divino spiritu repletus, simulabat fauciam vecordiam, prorsus quasi deum præsentia soleant homines non sui fieri meliores, sed debiles effici vel ægroti. Specta denique quæ coelesti providentia meritum reportaverit. Infit vaticinatione clamosa, conficto mendatio, semetipsum incessere atque criminari, quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid: et insuper iustas poenas noxii facinoris ipse de suis manibus exposcere. Arrepto denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tæniis lanosi velleris prolixè fimbriatum, et multijugis talis ovium tessellatum, indidem sese multimodis commulcat ictibus, multa contra plagarum dolores præsumptione munitus. Cerneret profectu gladiatorum, ictuque flagrorum solum spurcitie sanguinis effoeminati madescere. Sed ubi tandem fatigati, paulam carnificinæ dedere; stipes æreas, immo vero et argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recipere patulo, nec non et vini cadum, et lactem, et caseos, et farris et filiginis aliquid."

Non mirum est homines simplices his visis atque auditis numina expavisse, quæ cruciati-

E

bus

bus hominum delectarentur, atque, si malum quid ingrueret, vel visio nocturna terreret, ritibus patriis derelictis, se pronos projecisse in faciem, nudos volutasse in coeno, nullas omis- sisse contumelias barbaricas, crebra inter sus- piria seiplos acerrime accusasse, quod invito numine ederint, biberint, aut ambulaverint c).

Majorem adhuc auctoritatem mysteria Isi- dis Osiridisque sive Serapidis d) eodem sæculo obtinuerant. Apulejo teste turbæ, sacris divinis initiatæ, viri foeminæque omnis dignitatis, om- nis ætatis templo Isidis Corinthiaco aderant e). Per omnem quoque Græciam Italiamque ho- rum numinum cultum mysticum fuisse pervul- gatum, templa haud pauca, inscriptiones multæ, gemmæ plurimæ in honorem Isidis Serapidisque insculptæ, luculenter evincunt. Corinthii Romanis sanctiora Isidis mysteria, quæ ab
Alex-

c) Plutarch. de superstitione cap. 3, 7, 12.

d) Serapidem ea ætate eundem fuisse ac Osiridem, vel ex Apulejo constat lib. 11. p. 394 coll. 392 edit. in us. Delph. Cnfr. de Sarapide ejusque cultu Zoega numi ægyptii p. 78-81 et 398-99. Add. Clem. Alexand. cohort. ad gent. p. 42. Origen. adv. Celsum lib. 5. p. 257. Murator. in Paulin. natal. 11, 100.

e) Apuleji metamorph. lib. 11. p. 311.

Alexandrinis acceperant tradidisse f), Romani plebeia Ifidis sacra, cum turpi Ifiacorum grege in Græciam ablegasse videntur.

Sacrorum ifiacorum præfules, ut fere solent arcana callentes in his egregie sibi placere, suamque miris laudibus extollere sapientiam; jactaverunt voces de præmiis illis egregiis, quibus initiati propitii numinis beneficio ornandi erant. „Multis et variis exantlatis laboribus, magnisque fortunæ tempestatibus et maximis actus procellis ad portam quietis et aram misericordiæ tandem venisti (verba sunt sacerdotis Ifidis cuidam supplicii). Nam in eos, quorum sibi servitium Deæ nostræ majestas vindicavit, non habet locum casus infestus. In tutelam jam receptus es fortunæ sed videntis, quæ suæ lucis splendore coeteros etiam deos illuminat. Sume jam vultum lætiorem candido isto habitu congruentem, comitare pompam Deæ hospitatricis innovanti gradu. Quo tamen tutior sis atque munitior, da nomen huic sanctæ militiæ, cujus olim sacramento etiam lætabaris, teque jam nunc obsequio religionis nostræ dedica, et ministerii jugum sibi voluntarium. Nam

cum

f) Commemoratur Isis Pelasgica apud Gruter. p. 312, 5.

cum coeperis Deæ servire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis g).”

Juvenes igitur, qui promissores istos aliquid tanto hiatu dignum ferre crediderunt, summo sacrorum accipiendorum cupidine flagrabant, licet difficile esse religionis obsequium, et castitatis studium satis arduum requiri audivissent h). Juvenili vero ardori sacerdotes, ut lubuit, temperaverunt, monendo” tempus modumque initiationis, neque ex arbitrio pendere humano, nec suæ esse autoritatis, sed nutu ipsius numinis demonstrari i). Qui absque jussu Dominæ sacrilegum ministerium subire auderet, noxam sibi lethalem contrahere. Nam et inferorum claustra et salutis tutelam in manu Iſidis esse posita; ipsamque traditionem ad instar voluntariæ mortis et precariæ salutis celebrari: quippe cum, transactis vitæ temporibus, jam in ipso finitæ lucis limine constitutos, queis tamen

tuto

g) Apuleji metamerph. lib. 11. p. 376.

h) Apuleji metam. lib. 11. p. 382. Plutarch. de Iſide et Osiride cap. 2. „mysteriis Iſidis initiati assuefacti sunt temperantiæ et abstinentiæ multorum ciborum ac rei veneræ.

i) Narrat Pausanias in Phocicis cap. 31. adytum templi Iſidis Tithoreæ non nisi iis patere, quos Dea per somnia delectos advocavisset.

tuto possint magna religionis committi silentia, numen Deæ soleat eligere, et sua providentia quodammodo renatos ad novæ reponere rursus salutis curricula k).” Felix itaque et ter beatus ille judicatus est, qui præcedentis vitæ innocentia fideque meruerat tam præclarum de coelo patrocinium, ut absque longis expiationibus statim sacrorum obsequio desponderetur l).

Neque tamen ullus ad sacra percipienda fuit admissus, nisi cibus profanis et nefariis aliquamdiu abstinuerat m), dein decem continuis ante initiationem diebus omnem voluptatem cibariam coercuerat, neque ullum comederat animal et invinius n) permanerat, denique omnia ad usum teletæ necessaria curaverat suis sumptibus liberaliter coemenda o). Tandem exoptato die ad finem vergente sacerdos initiandum linteo et rudi vestitu amictum ad ipsius
sa-

k) Apulejī metam. lib. 11. p. 384-85.

l) Ibid. p. 378. Mirum asini in hominem mutati fortem prædicari beatum, non quod asinus factus esset homo, sed quod homo jam factus sacris mox esset initiandus.

m) Apulej. metam. lib. 11. p. 385.

n) Ibid. p. 387.

o) Ibid. p. 386.

sacrarii penetralia deduxit p).” Accessi, inquit Apulejus q) confinium mortis et, calcato Proserpinæ limine, per omnia vectus elementa re-meavi. Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine: deos inferos et deos superos accessi coram, et adoravi de proximo.” Tumida ista descriptio, quæ nihil aliud significatur, nisi quod initiatus Elysiûm et Tartarum more scenico representatum viderit, atque pedes sacrosanctæ cujusdam imaginis deosculaverit r), homines vel simplices vel enthusiasts non potuit non veluti fascino quodam obstringere.

Mane perfectis solennibus mysta ad instar solis exorientis in tribunal quoddam processit in medio templi exstructum, ibique populo admirabundo in conspectum exhibitus est. Dein svaves epulæ et faceta convivia in templo instructa. Dies etiam tertius pari cæremoniorum ritu celebratus, tandemque jentaculo religioso facta est teletæ consummatio. Interdum paucis adhuc diebus mysta in templo morabatur,

ut

p) Ibid. p. 387.

q) Ibid. p. 388.

r) Cnfr. ibid. p. 380.

ut inexplicabili voluptate simulacri divini perfrueretur, irremeabili quippe beneficio pignerratus.

Neque tamen simplici initiamento mysteriis ægyptiacis plene initiari licuit. Narrat saltem Apulejus sub persona Lucii t).” Demum sibi post annum intervallum innotuisse, quod Deæ tantum lacris fuisset imbutus, et magni Dei deumque summi parentis, invicti Osiris, necdum sacris illustratus. Quamquam enim connexa immo vero unica ratio numinis religionumque esset, tamen teletæ discrimen interesse maximum.” Lucius autem, cum in summa versaretur paupertate, distraxit vestem, ut sufficientem corraderet summulam, qua soluta, nec non abstinentia per decem dies a rebus animatis observata, nocturnis Osiridis Serapidisve orgiis Romæ initiatus est. Atque rursus exiguo tempore interiecto, cum res familiaris nonnihil succreverat, novos erogare sumtus ad tertiam teletam suscipiendam, superstitione fuit coactus. Reputavit forte promissa magnifica, quæ sibi numen olim in somno dederat n). „Vives bea-

s) Ibid. p. 389.

t) Ibid. p. 392 seq.

u) Ibid. p. 366-67.

beatus, vives in mea tutela gloriosus, et cum spatium sæculi tui permenfus ad inferos demearis, ibi quoque in ipso subterraneo semirotundo me, quam vidis Acherontis tenebris interlucentem Stygiisque penetralibus regnantem, campos Elyfios incolens ipse tibi propitiam frequenter adorabis. Quod si sedulis ministeriis et tenacibus castimoniis numen nostrum promerueris, scies, ultra statuta fato tuo spatia vitam quoque tibi prorogare, mihi tantum licere." Hoc loco autor vigilantium quoque mystarum somnia attulisse videtur.

Tot itaque præmiorum spe erecti, multi vel amplissimi ordinis mysteriis initiari, et numinum ægyptiorum larvas in pompis gerere apprime studuerunt.

Si quis ab Ifiaco Consul procedat in urbem,
 Ritus oris erit, quis te non rideat autem,
 Qui fueris Consul, nunc Ifidis esse ministrum.
 Quodque pudet primo, te non pudet esse secundo;
 Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos,
 Respondente tibi vulgo et lacerante senatu,
 Teque domo patria pictum cum fascibus ante
 Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam v).

Com-

v) Versiculos Tertulliano tribuunt Van Dale de Taurobol.
 p. 65

Commodus quoque pari superstitione tactus caninam Anubis larvam in pompa gesit, verum ne sic quidem a nativa ferocitate temperans, capita Isiacorum pertudit ore simulacri x).

Ex tanta sacrorum æstimatione magna imprimis ad sacerdotes redundavit autoritas. Magnopere scilicet inter mystas vulgares eminuit collegium Isis Serapidisque sive coetus Pastophororum, cui adscripti erant proceres illi, qui potentissimorum deorum insignes exuvias y) imprimis cistam secretorum capacem, et summi numinis venerandam effigiem, felici gremio protulerunt z). Rursus Pastophororum nonnulli Osiridis sive rectius hierophantæ favore Decurionum quinquennialium dignitate ornati fuere. Omnibus vero sacerdos maximus sive hierophanta præerat a). Qvicumque igitur saceris

p. 65 et Casaubonus ad Lamprid. Commod. cap. 9. Sæculo secundo vel saltem tertio confecti esse videntur.

x) Lamprid. in Commod. cap. 9. Huc pertinent Apuleji metam. lib. 11. p. 373. „Dei dignati pedibus humanis incedere.” Hoc quoque in variis anaglyphis cernitur expressum.

y) Apul. metam. lib. 11. p. 372.

z) Ibid. p. 374.

a) Ibid. p. 396, 380.

cris gregi coetero permixtus fervierat, demortuus saltem veste sacerdotali fuit amictus: ut veste, credo, Cerberum fallens via compendiarum sacerdotibus strata ad Elysium perveniret. Monuerunt quidem viri prudentiores, sed, ut videtur, sæpius incassum, non lini gestationem et rasuram facere Isiacum, sed eum revera esse talem, qui, quæ ostenderentur, et agerentur de diis istis, rite compararet cum rebus, et veritatem philosophica investigatione indagaret b).

Arcana denique Mithræ religio c), cujus
pri-

- b) Plutarch de Iside cap. 3. p. 308 vol. 2. ed. Wyttemb. „Isiaci mortui veste sacra, sacerdotum nempe vel hieraphorarum, ornantur; quod signum est, eo istos abire nulla alia re quam doctrina instructos. Non enim philosophum barba et pallium, neque Isiacum lini gestatio et rasura faciunt. Sed Isiacus revera is est, qui, quæ ostenduntur et aguntur de Diis, rite comparat cum rebus, et veritatem philosophica inquisitione indagat.
- c) De sacris mithriacis cnfr, Philip a Turre monumenta veteris Antii Romæ 1700 in 4. p. 157-252. Van Dale diff. de origine Taurobolii in 4. Amstel. 1702. Freret sur les fetes religieuses de l'année Persanne mem. de l'acad. des inscript. vol. 16. p. 267 seq. Sainte Croix recherches sur les mysteres du paganisme p. 455-473. Inprimis vero Zoegæ nostri dissertatio accuratissima de monumentis Romanis ad cultum Mithræ spectantibus, quam ephemeridibus societatis scientiarum Havniensis jamjam inferendam mihi perillustris Buggius v. cel. societati a secretis pro
sua

prima forsitan semina piratæ, quos ceperat Pompejus, per provincias sparserant d), eadem circiter ætate ex prisca obscuritate emergere coepit. Contemptim de his sacris loquitur Plutarchus; ex Justino autem Martyre et Tertulliano colligitur, superstitionem jam fuisse vulgarem e). Egregie quoque sacris mithriacis illustrandis inserviunt inscriptiones antiquæ et varia anaglypha f), quorum nonnulla ea arte sculpta sunt, ut ad ævum Antoninorum omnino pertinere videantur g). Hinc porro patet cultum Mithræ sæculo secundo per totam viguisse Italiam, tum quoque ad Helvetiam et partem Galliæ penetras-

sua humanitate communicavit. Zoegam utpote judicem talium rerum peritissimum me in cultu Mithræ exponendo sequi profiteor, ita tamen, ut quædam ex meis admiscuerim.

d) Plutar.ch in vita Pompeji.

e) Justin. Mart. apol. 1. cap. 81. „Ut in mysteriis Mithræ aliquid simile fieret, pravi Dæmones præceperunt. Nam panem et poculum aquæ cum certa quadam verborum formula, quando quis initiatur, adhiberi vos aut scitis, aut discere potestis. Tertull. de præscript. cap. 40 de corona militis 15, de baptismo cap. 5.

f) Eorum recensum dat. Zoega. §. 13.

g) Zoega §. 11. Inscriptio mithriaca apud Gruter. 35. 2. ad annum 101. pertinens dubiæ videtur autoritatis.

traffe h). Aditum illi ab Ægypto indigena superstio diutius prohibuisse videtur i).

Primam Mithriacorum originem quod attinet, cum ipsum nomen, tum totius antiquitatis consensus, satis ostendunt, eam a Perfide esse derivandam, quæ autem ratione disciplina vetustior novis additamentis fuerit immutata, est in ambiguo. Primo post Christum sæculo mysteria Mithræ, inter homines rudiores propagata, non nisi expiationes cum invocatione numinum Perficorum fuisse videntur, quibus antiquior Magorum religio ad noxiam Arimanis vim, multis ritibus averruncandam intenta occasionem dederat. Huic opinioni inprimis favent anaglypha, quæ more perfico sacrificiorum ritus habent in sculptos. Sistitur nempe Mithras bonorum geniorum maximus atque *μεσσιτρος* k) inter Oromasden et Arimanum constitutus, quos, juxta antiquiorem magorum religionem pari potestate præditos, ille sacrificio taurino placare

h) Cnfr. Sainte Croix. p. 456.

i) Origenes adv. Cels. lib. 6. p. 290 ed. Spenc. sectam Mithræ vocat *αιρεσιν ασημοτατην*. Celsus Mithriacos ad circulatores refert ibid. lib. 1. p. 8.

k) Plutarch de Iside cap. 46. p. 353 ed. Wyttemb. vol. 2.

care hominibusque propitios reddere studet. Ut tanto clarior esset hujus sacrificii significatio, juxta exsculpi solent protomæ solis et lunæ, symbola nempe lucis et tenebrarum; adduntur duo genii tediferi, quorum alter faciem erectam alter inversam gerit. Neque solum canis, Oromasdi sacer, cernitur tauro insiliens, verum etiam serpens Arimane progenitus sanctam sanguinis scaturiginem ex tauro profluentem (*Ναμα Σεβεριον*) lambit. Præterea scorpionem Arimani gratisimum irrepentem in margine tabulæ plerumque observare licebit; superius autem cernitur corvus, avis quidem Indis ignotus¹, cujus vero in figuram artifices græci columbam silvestrem, præstantissimum Oromasdis donum immutasse videntur. Totus denique sacrorum ritus in confinio lucis et tenebrarum, nempe in spelunca, fuit peractus l).

Deinceps Romanorum cultiores, qui temporis decursu Mithræ nomen dederunt, totam sacrorum rationem, absque ullo ad dualismum respectu, juxta placita theologiæ physicæ explicaverunt. Hinc Mithras Invictus dictus est

Sol

l) De tota hac anaglyphorum explicatione cnfr. omnino Zoega. §. 7, 9, 11.

Sol m); nonnulla quoque ex ipsis ritibus juxta hanc opinionem innovata n), atque sacrificium Mithrae taurinum, cum superstitione taurobolii permixtum, ad homines quoque expiandos fuit adhibitum.

Nulli autem, siue viro, siue foeminae, venerando hostiae sanguine Solem placare licuit, nisi qui varios et interdum duriores subiisset expiationum gradus. Initiandus abluebatur aqua o). Nullum ciborum genus praeter panem et aquam certis formulis admurmuratis per plures dies sumendum p): terrores quoque stric-
to

m) Hoc saepius occurrit in inscriptionibus.

n) Huc forte referenda sunt, quae de significatione scalae cujusdam astronomicae proferuntur, apud Orig. adv. Cels. lib. 6. p. 290.

o) Tertull. de baptism. cap. 5. de praescript. cap. 40. Lucianus in Nocyomantia siue Menippo (in initio) ex mea quidem sententia initiationes mithriacas innuere, atque antiquiorem eorum statum describere videtur.

p) Just. Mart. apol. 1. cap. 86. ed. Oxon. „quod quidem (loquitur de sacra coena) etiam in mysteriis Mithrae fieri docuerunt per imitationem pravi Daemones.” Tertull. de praescript. 40.” Diabolus ipsas quoque res sacramentorum divinorum idolorum mysteriis aemulatur. Tingit et ipse quosdam, utique credentes et fideles suos, expositionem delictorum de lavacro repromittit, et si adhuc memini Mithra signat illis in frontibus milites suos, *celebrat et panis oblationem*, et imaginem resurrectionis inducit,

et

to gladio injecti, denique corona capiti imposita, atque miles Mithræ homo declaratus est q).

Se-

et sub gladio redimit coronam. Quid quod et summum pontificem unius nuptiis statuit, habet et virgines, habet et continentes." Hæc de quadam sacræ cœnæ imitatione testimonia, me quidem iudice, optime de severiori diæta, cujus jam mentionem fecit Lucian. lib. cit. commodè explicantur.

- q) Tertull. de præscript. cap. 40. sup. cit. Add. id. de corona cap. 15. „Mithræ miles, cum initiatur in spelæo, in castris vere tenebrarum, coronam, interposito gladio sibi oblatam, quasi mimum martyrii, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obvia manu a capite pellere, et in humerum transferre dicens: Mithram esse coronam suam, atque exinde nunquam coronatur, idque in signum habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de sacramento, statimque creditur Mithræ miles, si dejecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit." Lampridius in Commodus cap. 9. „Sacra mithriaca homicidio vero polluit (Commodus), cum in illis aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat." Ex hoc loco luculenter patet vera homicidia in antris mithriacis haud fuisse peracta. Miror itaque viros doctos v. c. Philip a Turre lib. cit. p. 113-114 Sainte Croix lib. cit. p. 463 ex autoritate Socratis in hist. eccles. lib. 3. cap. 2. hujusmodi crimina affinxisse mithriacis, Constat scriptores ecclesiasticos ad fidem talibus calumniis habendam iusto fuisse proniores. Haud dubie fucum fecit viris doctis locus Porphyrii de abstin. lib. 2. cap. 56. p. 202 edit. Rhoer. hæc in verba conceptus." Plerasque hominum mactationes sub Adriano imperatore apud omnes fere sublatas fuisse is inquit. qui historiam de mysteriis Mithræ optime confecit." Hoc autem in loco nil affert Porphyrius de sacris mithriacis, librum tantummodo

accu-

Secundus initiorum gradus cum novis ritibus erat conjunctus; viri enim foeminæve, qui sacra susceperunt Leontica, lustratione quadam per ignem facta purificati sunt. Mel liugvæ admotum, mel quoque manibus veluti lavandis infusum, admonitione addita, ut manus ab omni scelere puras haberent r). Ultimo loco sacra patrica suscepta sunt, patribus vero pater patrum sive pater patratus summi sacerdotis autoritate præerat s). Superioribus forte gradibus virgines atque continentes referendi sunt, quos mithriaca habuisse Tertulliano teste constat t). Autoritate porro Suidæ u) et Gregorii Nazianzeni v) assumere licet, nonnullas initiationes haud absque magna molestia suscipi potuisse. Verum ea omnia, quæ de duodecim quibus adeo octoginta probationum sive potius

accuratius designat, unde nonnulla sua de sacrificiis humanis hauserit.

r) Porphyr. de ant. Nymph. cap. 15. Porphyr. de abstinent. lib. 4. cap. 16. add. obs. Zoega lib. cit. §. 12.

s) Tertull. de præscript. cap. 40. add. inscript. antiq.

t) Ibid.

u) In voce *μῆδρα*.

v) Greg. Nazian. orat. 2. Stileut. in Julian. p. 77. vol. 1. edit. Colon. 1690 et orat. 39. in sancta lumin. p. 626.

tius suppliciorum generibus juxta fidem autorum recentiorum commemorari solent, omnem fidem superare videntur. Arbitror itaque Nonnum, Eliam; Cretensem et Nicetam, non nisi fabellas vulgares attulisse x).

In ipsis quoque Græciæ antiquæ mysteriis nonnulla ad initiorum asiaticorum formam immutata fuisse videntur. Duplicia tantummodo Eleusiniarum initia, altera minora, altera majora omnes scriptores antiqui ad medium sæculi secundi commemorare solent. Theo autem Smyrnæus, qui ætate Antonini Pii haud dubie floruit y), quinque facit traditionis mysticæ partes z). Distingvit nempe inter præviam purgationem

x) Nonnus in collectione histor. ad l. cit. Greg. num. 5, 45. Elias Cretenſis in orationem 3am. Greg. num. 64, 83. Nicetas in commentario ad orat. 36. num. 14. ad calcem. edit. oper. Greg. Venet. 1753 p. 871.

y) Vid. Bullialdi præfat. ad Theonis Smyrnæi Mathematica.

z) Theo Smyr. cap. 1. p. 18. „Philosophiam comparare possumus cum initiatione verorum sacrorum et traditione mysteriorum non fictorum. Initiationis vero quinque sunt partes. Prima purgatio prævia, neque enim omnibus etiam optantibus mysteria impertiri fas est, sed sunt, qui præconis voce submoventur: quales illi, qui manus impuras vocemque inarticulatam habent; illos vero, qui mysteriis non arcentur, necesse est purgationibus quibusdam abluere. Purgationem sequitur sacrorum traditio (*μετα δε την καθαρσιν δευτερα εσι η της τελετης παραδοσις*).

tionem, initiationem, sacrorum inspectionem, impositionem coronarum et favorem divinum felicitatemque ex mysteriis exorientem. Hinc colligere fas est, hierophantas Eleusinos postquam peregrinorum sacrorum exemplo didicissent: quanto cum fascino multi initiationis gradus stultos rerum abditarum scrutatores devincere soleant, plures unius olim initiationis cæremonias temporis intervallo sejunxisse, et totidem constituisse gradus a).

Cum vero in hac graduum distinctione, haud ita pridem invecata, omnia ex nutu hierophantæ penderent; alios v̄b aliis pontificibus gradus excogitados fuisse facile intelligitur. Ita
Olym-

Tertia est, quæ dicitur inspectio (*εποπτεία*) Quarta vero, quæ finis est et scopus inspectionis, capitis religatio et coronarum impositio (*αναδεσις και στεμματων επιδεσις*) ita ut, quæ quis sacra accepit, ea tradendi aliis capax reddatur, sive daduchiam, sive hierophantiam, sive aliud quodvis sacerdotium. Quinta vero, quæ ex istis exurgit, deo charum esse, et potiri felicitate, quæ continetur consortio familiaris cum illo vitæ (*η δε περιπτη εξ αυτων περιγινομενη κατα το θεοφιλεσ και θεοισ συνδιαιτου ευδαιμονια*).

a) Cnfr. Dio Chrystost. orat 12. de cognit. Dei p. 202 edit. Morel. ubi indigitatur coronarum impositio tanquam pars initiationis, cum loco Theonis.

Olympiodorus b) alia diversorum graduum nomina affert „præcessisse publicas purgationes (καθαρσεις), has excepisse alias reconditiores (απορητοτερα), postea insecutas fuisse aggregationes (συσασεις), tum initiationes, ultimo loco epoptias.

Huic præterea conjecturæ favet locus Tertulliani hæc in verba conceptus c). „Nam et illa Eleusinia hæresis et ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent, pudor est. Idcirco et aditum prius cruciant, diutius initiant, linguam confignant, cum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspensio cognitionis ædificent, atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantum præstruxerunt cupiditatem. Sequitur jam silentii officium, attente custoditur, quod tarde invenitur. Ceterum tota in adytis divinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum lingvæ, simulacrum membri virilis revelatur. Sed naturæ venerandum nomen allegorica dispositio prætendens, patrocínio coactæ figuræ sacrilegium obscurat
et

b) Olympiodori comment. manuſc. in Phæd. Plat. ad calc Orph. ed. Gesneri p. 409.

c) Tertullian. adv. Valentinianos in initio.

et convicium falsis simulacris excusat." Nisi sumamus plures initiationum gradus sensim sensimque Eleusiniis fuisse additos, vix locum istum haud ambiguum cum disertissimis antiquorum autorum assertionibus, quæ mystos uno eodemque anno plene initiatos fuisse testantur, conciliare licebit.

Aliud porro additamentum Eleusiniis factum innuere videtur locus Galeni d). „Attentio-rem igitur te jam mihi præbeas, quam si Eleusiniis aut Samothraciis vel id genus aliis sacris initiareris, et admirabundus ob ea, quæ a sacerdotibus fiunt, ac dicuntur, astares; cogitesque sacra hæc nulla in re illis esse inferiora, neque minus conditoris animalium potentiam, vel sapientiam, vel providentiam, vel virtutem indicare posse." Scriptor antiquior non de providentia demiurgi sed de maximis magnarum dearum beneficiis fuisset locutus. Arbitror itaque hierophantam symbolis vetustis nova quædam addidisse, quibus Ceres ad instar Cybeles, Isis et Mithræ, numen evaderet Pantheon, naturæ parentis sive, ut alii interpretati sunt, demiurgi imaginem.

Ne-

d) Galenus de usu partium corporis humani lib. 7. cap. 14.

Neque intellectu difficile est, quomodo mysteriorum pompæ absque ulla addita expositione numinis cujusdam providentiam et vim declarare potuerint, si cogitamus deas Eleusinas splendidis tartari elysiique representationibus tanquam terræ inferniqve dominas a longo inde tempore fuisse declaratas.

In sacris quoque Bacchi mysticis quædam fuisse innovata suspicari licet. Distingvit enim Theodoretus e) inter mystas, qui sacra Dionysiacæ tantummodo spectaverunt, sacerdotes, qui orgia ritu legitimo exsecuti sunt, et hierophantam t),

e) Theodoret. Therapeut. disp. 1. p. 721 vol. 4. edit. Schulzii 1772 in 8. „Apud vos similiter hierophantica mysteria non omnes norunt, sed populi multitudo videt duntaxat ea, quæ fiunt, qui vero sacerdotes vocantur, ceremonias atque orgia ritu legitimo exsequuntur, solus autem hierophanta rationem tenet omnium, quæ ibi fiunt, iisque edisserit, quos approbavit. Itaque Priapum Veneris et Bacchi filium esse sciunt nonnulli (p. 722) ex iis, qui initiati sunt, quare autem horum filius dicatur, et cum exigua sit staturæ, cur exporrectum illi membrum maximumque apponatur, solus novit obscœnorum mysteriorum hierophanta, ac si quis alius in flagitiosos illos libros inciderit. Voluptatem enim Venerem, ebrietatem vero Bacchum appellantes, quod ex utroque proficiscitur Priapum esse dixerunt, eo quod voluptas adjuncta ebrietati obscœnas corporis partes intendat. Eodem modo Dionysii quoque phallum et adorabant miseri, et osculabantur cuncti, rationem vero ignorabant.

tam t), qui cum paucis familiarium totam sacerorum rationem tenuit perspectam. Hoc igitur in loco discrimen in sacris Iliacis jam observatum inter vulgarem mystarum gregem, pastophoros, decuriones et pontificem rursus animadvertere licebit; quam quidem ordinum distinctionem serius demum invecam arbitror. Dum vero idem autor paullo post asserit, eos, qui hierophanta usi fuerant magistro, vel iu libros mysticos inciderant, verum Dionysiacorum sensum rite intellexisse, non nisi rumores vulgares secutus videtur. Hierophantam enim vix aliud quam invocationum rituumque formulas a majoribus sibi traditas tenuisse credo; libros vero mysticos obscurissimas modo continuisse allegorias, quæ et ipsæ indigerent explicatione, ex Apulejo g) et Galeno

f) Commemoratur in inscript. archibucolus Dei Liberi Gruter. p. 27, 4. G. Aloysii Öderici diss. Romæ 1765 p. 132. Sequens inscriptio testatur cives Romanos hæc sacra administrasse. „Libero Patri sacrum T. T. Flavii Eclerianus et Olimpianus fil. ejus sacerdotes orgiophantæ.” Gruter. p. 66, 9.

g) Apul. metam. lib. 11. p. 386. „Senex de opertis adyti profert quosdam libros, litteris ignorabilibus prænotatos partim figuris cujusmodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggerentes: partim nodosis et in modum

leno h) constat. Ea saltem interpretationum exempla, quæ in medium profert Theodoretus, sunt hujusmodi, ut Stoicorum commenta profus redoleant, atque genio mysteriorum peculiari omnino advenfentur.

In reliquo etiam Dionysiacorum apparatu pleraque cæterorum mysteriorum ritibus simillima. Non solum adulti verum etiam pueri ad sacra percipienda fuerunt admisi i). Præparabatur initiandus decem dierum castimonia k), in ipsa initiatione audivit hymnos in honorem Bacchi a mystarum choro, præcinnente hierophanta, decantatos l); adspexit quoque

dum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus, a curiosa profanorum lectione munita."

h) Galenus de simplici medicam. in init. „Inventi sunt, qui mysteriorum libros a mysteriis alieni legere non sunt reveriti, verum illos sui autores non scripserunt profanis."

i) Apud Fabrettum inscript. Rom. 1702 p. 425 hæc legitur inscript. Μηπω γευσταμενοσ ηβησ αλισθον εσ Αδσ, επτα μονουσ Λυκαβαντασ (annos) δυω και μηνασ εξησα ων τρεις εξετελεσν Διονυσα οργια βαζων.

k) Liv. lib. 39. cap. 9. Julian. orat. in Deor mat. p. 179. A.

l) Schol ad Aristoph. Ran. 482. Εν τοισ Δηναικοισ αγωσσι τε Διονυσε ο δαδεχοσ κατεχων λαμπαδα λεγει: καλειτε θεον, και οι υπακνοντεσ βωωσι Σερμηλησ Ιακχε Πλωτο δοτα.

que varia spectra et terriculamenta, quibus partim poenæ in sacrorum contemtores fuere denunciatae m), partim status animarum post mortem oculis fuit subjectus. Mystæ de sorte sua feliciore lætati sunt, manibus vero varias purgationes admodum operosas subeundas esse, ut materiæ sordes abluerentur, haud sine tremore animadverterunt n). Hinc via multiplex patuit superstitioni, quæ scilicet dii inferi miseris manibus redderentur propitii.

In his quoque sacris multa tristitia peragebantur, media nocte simulacrum in lectica ponebatur supinum, quod fletibus per nume-

ros

m) Origen adv. Celsum lib. 4. p. 167 edit. Spenc. „Celsus Christianos (de poenis incredulorum hominum futuris differentes) confert cum quibusdam proferentibus spectra et terriculamenta in bacchanalibus.”

n) Plutarch. consol. ad uxor. cap. 10. Plutarchus uxorem morte filiae præmatura valde afflictam hunc in modum solatur. „Enimvero, quæ alios audis dicere, quibus persuadent vulgo nullum malum, nullum incommodum esse iis, qui soluti sunt corpore, scio, ne credas vera, impediri te doctrina a majoribus accepta ac mysticis tesseriis sacrorum Bacchi, quæ nobis inter nos nota sunt, quæ eas communicamus. Itaque animam utpote interitus expertem cogita idem pati, quod accidit avibus captivis (quæ volare dediscunt). Itaque senectus hoc habet molestissimum, quod per eam anima ad rerum divinarum memoriam obsolescit.”

ros digestis planxerunt. Dein post finitam lamentationem, illato lumine, omnium, qui fleverant, fauces a sacerdote ungebantur, quibus perunctis sacerdos lentō murmure susurrabat o)

Θαρρεῖτε μῦσαι τὰ θεῶν σεσωσμένε

Ἔσαι γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτήρια.

Ritu præterea Dionysiæ peculiari mystæ crudis victimæ vescebantur carnibus p), quod quidem sacrificium in memoriam Bacchi demortui iterumque redivivi credebatur peractum. Hac vero recentioris demum ætatis interpretatione longe probabilius esse existimo, quod iste cruda sacrificandi ritus, omnibus feris populis in primis societatum initiis communis, nominatim in his sacris ob magicam vim, quam antiquitatis forte præjudicio sibi vindicasset, fuerit servatus.

Vix

o) Firmicus Maternus de errore prof. rel. ed. Wowerii 1603. p. 72. Hanc vero descriptionem ad bacchanalia quædam pertinere colligo ex iis, quæ præcesserunt de dracone mystico et deo cornibus instructo.

p) Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 75. Clem. Alex. cohort. p. 11. Origen. adv. Cels. lib. 4. p. 171. Epiphan. adv. Hæres. lib. 3. vol. 1. p. 1092. Ancorat. §, 8. vol. 2. p. 109 edit. Petav. Macrobr. in somnio Scipionis lib. 1. cap. 12. p. 61. ed. Bip.

Vix igitur inficias ire licebit mysteria barbara vim magnam atque multiplicem ad opiniones hominum formandas flectendasque sæculo exseruisse secundo. Ab una quidem parte fatendum est initiationes istas bene de Græcis Romanisque meruisse, eo quod, religionibus majorum labentibus, quandam erga numina pietatem et aliquem futurorum metum rudibus animis instillaverint. Ex altera vero parte negari nequit easdem plurimum intulisse damni, eo quod haud paucas de rebus moralibus opiniones advexerint, magnum generi humano detrimentum temporis decursu allaturas. Horum præjudiciorum alia ex communi mysteriorum natura, alia ex origine eorum orientali repetenda sunt.

Omnibus scilicet initiatis solenne est, ut credant se cum ob initiationem præclare agi. Hinc nisi magna adsit ingenii cultura, sponte enascitur opinio: mystas reliquis mortalibus haud paullo esse præstantiores. Quo majora itaque beneficia teletæ conferre existimantur, eo magis mystæ sibi ipsis ob eas gratulantur susceptas, eoque proniores ad ceteros homines contemnendos, quin adeo interdum veluti impios suppliciis tartareis adjudicandos evadunt.

Vel

Vel ipsi Athenienses tempore, quo omnes urbis porticus Socraticorum strepuerunt sermonibus, initia dixerunt non solum cum lætitia vivendi rationem continere, sed etiam cum spe meliore moriendi, omnesque profanos multimode in tartaro cruciatum iri crediderunt q). Non igitur mirum est Græcos Romanosque recentiores ætate, quæ tota ad superstitionem vergeret et philosophorum, qui ingenii et doctrinæ vi præjudicia tollerent, minime esset ferax, easdem opiniones de nulla extra coetum mystarum salute et retinuisse et auxisse in majus. Exinde via ad omne injuriarum genus patuit. Facile enim eo deducuntur homines, ut quos contemnant, injustitia quoque afficiant. Inprimis isti, qui de favore deorum vivunt securi, multa in profanos diis deabusque exosos sibi indulgere solent r).

Plurimis præterea mystarum commune, ut symmistarum inprimis familiaritate gaudeant; ut mystas senes, initiorum gradus superioro-

q) Loca huc pertinentia afferenda in auctario.

r) Hæc sententia cum concinnitate expressa legitur in Rousseau lettre a Voltaire. „Un saint, qui croit vivre avec des damnés, anticipe volontiers sur le métier du diable.”

riores occupantes, forte sua prædicent felices; inprimis vero mystagogos, quippe quorum sit novarum initiationum beneficiis homines ornare, maxima veneratione prosequantur. Hinc igitur factum est, ut coaluerint sæculo secundo multa mystarum collegia et veluti ordines sat numerosi, quibus qui erant adscripti, arcto initiationis vinculo inter se invicem juncti fuerunt, a ceteris vero civibus adfectata quadam pietate et favore, sic credebatur, deorum eminuerunt. In his sodalitiis alius alium tanto majori dignitatis gradu antecelluit s), quanto lætiora præmia plena perfecta que mysteriorum traditio contulisse visa est. Inprimis vero maxima et tantum non divina hierophantæ autoritas t), cujus nempe erat inferorum claustra initiorum beneficiis referere u). Tali itaque tantoque favore mystæ vel tenuioris census nullos

recu-

s) Aristid. orat. *περι παραφθηνου*. ed. Jebb. vol. 1. p. 396.

„Et cum sis mysta interpretem sacrorum examinas, cumque recentior mysta antiquiori sit inferior, qui nunc primum inter mystas esse coepisti, de mystagogo judicas.

t) Artemidori oneirocrit. lib. 3. cap. 13. „Si quis se deum factum esse putet in somnio, sacerdos fiet, aut vates. Eundem enim honorem cum ipsis diis habent.

u) De mystagogo initiandorum per tenebras duce cnfr. Plutarch. Amor. cap. 19. p. 45 vol. 4. Wyttemb.

reculaverunt sumtus v); quin adeo omnium rerum summam, si licuisset, eidem permisisset regendam. Cogitemus jam eandem initiationem ab omnibus orbis romani incolis fuisse perceptam, nec dubitare possumus, quin durissimæ hierarchiæ jugum omnia oppressurum fuisset.

In iis denique mysteriis, quorum hactenus fecimus mentionem durius vitæ genus utpote sanctius, commendari, in nonnullis cruciatus et verbera ad pietatem erga deos referri ostendimus. Sacra quidem tristia viri docti, cum veteres, tum recentiores, juxta narrationes de rebus deorum adversis explicare, et ad repræsentationes fabularum mysticas trahere solent. Hanc vero interpretandi rationem, a genio canæ antiquitatis alienam, philosophorum cerebro unice deberi arbitramur. Quomodo enim, ut alia taceam, jejunia, planctus et plagæ ex simulatione alieni doloris in populo rudi atque simplici fierent? Quomodo ullus hominum castrationem subere sustineret, modo ut personam luderet alienam?

Verum enimvero multis indiciis satis notum est: populos feros ita esse comparatos,

v) Cnfr. exemplum Lucii in Apulei metam. lib. 11. p. 394.

tos, ut pietatem in cultu operoso et anxie quaesito versari credant. Quanto studiosius igitur suam Deo probare conantur reverentiam, eo citius ad tristium caeremoniarum monstra confugere solent. Opinamur itaque luctuosa mysteriorum sacra origine sua fuisse expiatoria, deinceps, cum mythi accederent physici, aliis explicationibus, iisque saepissime historicis, ansam dedisse; ab ipsis autem mystis, sive ut expiarent praeterita, sive ut averruncarent futura semper suscepta fuisse.

Favet huic opinioni, quod mysteriorum origines et veluti incunabula a tractibus Orientis petenda sunt, quibus in terris x) ab antiquissimis inde temporibus ii, qui vitae sanctiori operam dabant, corpus inediis durisque exercitiis subigendum esse credebant, quo facilius anima a corporis crassioris mole liberata ad contemplationem Dei sese eveheret y).

Ne

x) Plut. de Iside cap. 5. Animis volunt Aegyptii levia atque gracilia circumdata esse corpora, ne divina pars a mortali prematur atque affligatur.

y) A severitate ascetarum orientalium haud longe absuit austeritas vitae orphicae vid. Euripid. Hippolyt. v. 948-54. Mem. de l'acad. des inscript. vol. 5. p. 117-122. Fraguier sur la vie orphique,

Ne quidem philosophorum scholæ z) a somniis asiaticis abhorruerunt. Multi enim stoicorum, quorum larga seges imprimis sub imperio Antoninorum pullulavit, non amplius præeunte Chryippo fabulas populares ratione probabili interpretati sunt, verum aniles istas narratiunculas de apparitionibus deorum deque spectris nocturnis acerrime vindicaverunt a).

Neque in Peripateticorum secta, licet ad superstitionem minus proclivi, defuerunt, qui magnam talibus nugis fidem habuerint b). Epicuræorum quidem disciplina omne deos inter et homines commercium respuit; cum vero nimis sobrie nec ratione genio sæculi apta disputaret, paucissimis sæculo secundo sui habuit fautores. Tanto autem majore et Platonici et Pythagoræi gavisi sunt autoritate. Illi esse quasdam crediderunt. „Divinas medias potestates inter summum æthera et infimas terras

z) De moribus et præjudiciis philosophorum cnfr. Lucianus passim in vitarum autione, piscatore; de iis qui mercede &c. Hermotimo, Lapithis, Nigrino, fugitivis, Cynico.

a) Exempla præbebit Lucianus in philopseude.

b) Lucianus lib. cit. inter mentientes haud omisit Peripateticum.

ras ex isto intersitæ aeris spatio, per quas et desideria nostra et merita ad deos commeent. Hos græco nomine *δαίμονας* nuncupari inter terricolas cælicolasque vectores, hinc precum, inde donorum, quæ ultro citroque portant, hinc petitiones, inde suppétias, seu quosdam utriusque interpretes et salutigeros. Per hos eosdem cuncta denuntiata, et magorum varia miracula omnesque præfagiorum species regi c).” “Præterea posse animum humanum et puerilem præsertim simplicemque, sive carminum avocamento, sive odorum delinimento soporari, et paulisper remota corporis memoria, redigi ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet et divina, atque ita veluti quodam sopore futura rerum prælagire d).”

Pythagoræi miracula, cuiusmodi Apollonium Tyanæum edidisse vulgo ferebatur e), se quoque, modo numen rite colerent, aliquando patratturos esse haud desperaverunt. Magnificas istas spes accurate descripsit Philostratus
phi-

c) Apulejus de Deo Socrates p. 674 ed. in us. Delph.

d) Apulej. Apolog. p. 475.

e) Apul. apolog. p. 544. Lamprid. in vita Alex. Severi. cap. 29. Vopiscus in vita Aurelian. cap. 24.

philosophiam pythagoricam ita discendi cupidum alloquentem inducens f).” Purus ubi fueris, fatidicam tibi dabo facultatem, oculosque tuos ita luce implebo, ut Deum possis discernere et heroem, et umbrosa phantasmata redarguere, quando humanam speciem mentiuntur.”

Neque solum in rebus divinis dijudicandis hallucinati sunt isti philosophi, verum suis de bono honestoque sententiis ita modum, quem antiquiores in frugalitate temperantiaque commendanda servaverant, omnem exceperunt, ut eos ascetis asiaticis simillimos haud temere judicemus g). Legimus apud Dionem rhetorem, qui philosophiæ haud parvam navaverat operam” voluptatem oportere quam longissime fugere, neque ullum cum ea præterquam in rebus necessariis habere commercium h); illos enim, qui vitiorum lenocinia frangerent, homines esse macros et paucis-

f) Philostr. vit. Apollon. lib. 6. cap. 11. p. 243 ed. Olearii.

g) Artemidori oneirocrit. lib. 4. cap. 35. Εμελε δε Αλεξ ανδρω φιλοσοφω οντι ασκητη, ετε γαμς ετε κοιγωνιας ετε πλατκ.

h) Dio orat. de virtute p. 135. ed. Morell.

cislimarum carnum, ventresque habentes plusquam vesparum retorridos i).”

Ea enim ætate, quæ tumidum asiaticumque dicendi genus sectabatur, morales quoque sententiæ, in quibus exprimeudis id quod grande sonaret, aculeumque in animis relinqueret, imprimis quærebatur, in severitatem justo majorem facile abierunt. Præterea quoque esurientes philosophi tragico sermone quamvis luxuriam infectati sunt, horridamque vivendi rationem affectaverunt, ut sportulas coenasque captarent. Plurimi denique philosophorum, nova subinde percipientes sacra, artibusque magicis addictissimi, mystarum atque magorum k) de moribus instituta cupide amplexi sunt.

Apulejus insignem Platonis continentiam castitatemque laudat l) atque „animam sapientis, cum vinculis liberata corporeis remigraret ad deos, pro merito vitæ purius castiusque
trans-

i) Ibid. p. 132.

k) Clem. Alexand. Strom. lib. 3. p. 533. „Magis quoque curæ est, qui angelos colunt et dæmones, simul a vino et animatis et rebus abstinere venereis. Add. Porphy. de abstinent. lib. 2. cap. 45.

l) De habitudine doct. Platon. philos. p. 569.

transactæ, se deorum conditioni conciliare asserit m). Inprimis vero morum severitati deditus erat Apollonius ille Tyaneus, qui se ex disciplina pythagorica didicisse dixit: a cibis animatis viniqve usu omnino abstinendum, et quamcunqve mollitiem una cum re venerea, veluti viro sapienti indignam, fugiendam n). Ipse non solum abstemius vixisse, sed etiam squalorem sibi induxisse fertur o).

Horum vero omnium austeritatem secta Cynica, disciplinam cæteris in rebus longe diversam secuta, magnopere superavit. Quamvis enim Cynici commercium animi cum diis minime somniaverint, attamen exercitiis durissimis, quibus mentem adversus fallaces fortunæ insultus præmunirent, corpus subigere studuerunt. Hi statuas media hyeme nudi amplexi sunt, illi inter calores autumnii ferventem solis æstum nudis excepere corporibus p). Docuerunt quoqve corpus siti vigiliis ac squalore enecandum et misere esse vexandum q).

hæc

m) Ibid. p. 618.

n) Philost. vit. Apollon. lib. 10. cap. 11. p. 242.

o) Ibid. lib. 4. cap. 20.

p) Epictet enchir cap. 47. Philost. vit. Apoll. lib. 4. cap. 7

q) Lucian. Necyomantia p 158 ed. Bourdelot.

hæc statuendo, illa agendo laudem multitudinis captaverunt; haud parum ad notionēs illas de corpore durius tractando latius latiusque spargendas contulisse videntur.

Verum enimvero si vel saniora ipsis placuissent philosophis, haud ab illo hominum genere, quorum plurimi, relictis Athenarum umbraculis, in optimatum domos more parasitico irrepserant vel irrepere saltem gestierunt, ullo modo erat expectandum; eos opiniones, quibus summi pariter infimique faverent, acrius oppugnatos fuisse r).

Ex his, quæ huc usque disputavimus, patere arbitror: sæculo secundo non modo umbram hierarchiæ sed solidam ejus adfuisse imaginem. Numerosa vidimus sacerdotum collegia, quæ peregrinis regebantur legibus, quæ unius suberant imperio, quibus summa in mystas autoritas, dignitasque in pompis solennibus conspicua, quorum denique arbitrio erat relictum: profanos vel in coetum mystarum felicem recipere, vel rejiciendo suppliciiis tartareis devovere. Hactenus quidem sacrorum an-
tis

r) Lucian, de iis, qui mercede conducti in familiis divitum vivunt.

tistitibus magnæ defuerant opes, defuerat civilis autoritas. Ponamus autem plurimos Romanos hoc vel illud mysteriorum genus, neglectis cæteris, suscepisse; vix dubio caret, quin hierophanta evasisset papa.

Eodem porro sæculo studium vitæ asceticæ jamjam emergere animadvertimus. In sacris pleraque tristia, ut, aut homines, aut dii, repente alii viderentur facti. Neque solum operosis cæremoniis, castimonia severiore, et a multis rebus abstinentia, sed interdum quoque verberibus cruciatibusque homines diis fieri acceptos, peregrina sinxerat superstio. Deerant tantummodo viri docti, qui has de moribus opiniones speciosis firmarent argumentis, atque in systematis formam redigerent.

SECTIO. III.

Imperatorum in religiones peregrinas studia, neoplatonicorum de moribus sententias, aliaque hierarchiæ et vitæ asceticæ incrementa, ab ætate Septimii Severi ad Constantinum usque enarrat.

Sæculo post Christum tertio res romanæ non modo magis magisque delabi, sed etiam præcipites ire coeperunt. Hinc barbarorum incursiones, illinc civiles discordiæ provincias misere vastaverunt. Cum barbaris adversa plerumque fortuna pugnatum est. Nihilo tamen secius imperatorum de regno contentiones ita exarserant, ut a morte Septimii Severi usque ad imperium Diocletiani non nisi semel per integrum quieverint quinquennium. Neque minus hostiliter infania, sceleribus et immani plerorumque Cæsarum crudelitate, in omnes ordi-

nes

nes domi sævitum est. Nemo igitur mirabitur tali ævo artes tantummodo effloruisse superstiosas, ad quas, veluti unice salutares, Romani tot undiqve cincti terroribus confugerint.

Hoc itaqve ævo sacra peregrina, quæ supra descripsimus, autoritate cæsarea publice fuerunt recepta. Jam sæculo secundo ad finem vergente imperator Marcus Aurelius terrore belli Marcomannici permotus, sacerdotes undiqve arcesiverat, ritusqve peregrinos impleverat a). Filius quoqve, quem sui longe dissimilem reliquit hæredem, Commodus Isidem publice colere affectavit, reliquosqve ritus peregrinos summo celebravit studio b). Didius Julianus, qui ab illo secundus imperio potitus est, sacris magicis quam plurimum autoritatis tribuit c). Verum hæc omnia, sive prudentia, sive ferocia, sive timiditate principum procurata, nondum certam quandam sacrorum colendorum formam induxisse videntur.

Splen-

a) Jul. Capitolin, in Marco cap. 13. Lampr. in Heliogab. cap. 9.

b) Lamprid. in Commodo cap. 9.

c) Spartian. in Didio Juliano cap. 7. Dio Cassius lib. 73. cap. 16.

Splendidiorē itaqve sacrorum peregrinorum instaurationem sibi vindicat Caracalla d), qui, forte ut sollicito deorum cultu fraternæ cædis abigeret furias, sacra Isis Romam deportavit, et templa ubiqve magnifica eidem Deæ fecit, sacra etiam majore rēverentia celebravit, qvam antea celebrabantur.

Syriacam vero chaldaicamqve superstitionem sua Heliogabalus autoritate sancivit. Postquam enim ille sacerdos Solis in vico quodam Syriæ militum favore imperator evaserat; templum Deo Soli Heliogabalo Romæ juxta ædes imperatorias exstruendum curavit e). Ipse vero homo impurissimus tanto religionum asiaticarum fervore exarsit, ut non solum se ad gallo- rum instituta conformaret f), et quotidie cum magis operaretur g); verum etiam illam omnium

d) Spartian. in Caracalla cap. 9. Dio Cassius lib. 77 cap. 18. Herodian. lib. 4. cap. 23.

e) Lamprid. in Heliogab. cap. 3.

f) Ibid. cap. 6, 7. „Matris etiam deum sacra accepit. Genitalia sibi devinxit, et omnia fecit, quæ galli facere solent. Salambonem etiam omni planctu et jactatione Syriaci cultus exhibuit.”

g) Ibid. cap. 8. „Omne magorum genus aderat illi, operabaturqve quotidie, hortanti illi et gratias Diis agenti, quod

nium religionum conjunctionem, quam philosophi mystagogique jam suo quisque modo tentavissent, more imperatorio perficere conatus sit. „Matris enim typum et Vestæ ignem, et Palladium, et ancilia, et omnia Romanis veneranda in illud templum transferre studuit, id agens, ne quis Romæ deus nisi Heliogabalus coleretur, Dixit præterea, Judæorum et Samaritanorum religiones et Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium tene-
ret h).”

Ab illa religione Alexander Severus erat alienus, artibus vero divinatoriis deditus i) animas quoque sanctiores undecunque delectas in larario suo habuit, iisque rem fecit divinam k). Aurelianus autem, devicta Zenobia, religionem Solis splendidis auxit incrementis; templa enim magna et Emessæ et Romæ fundavit, ampla stipendia concessit pontificibus, tantaque
do-

quod amicos eorum invenisset, cum inspiceret exta puerilia, et excuteret hostias ad ritum gentilem suum.”

h) Ibid. cap. 3.

i) Lamprid. in Alexand. Severo cap. 14.

k) Ibid. cap. 29.

Hierophanta Hecatæ Sa-
 Cerdos Ifidis Percepto
 Taurobolio Criobolioque
 Idibus Augustis D. D. N. N.
 Valente Aug. Vet Valentinia
 No Aug. Consf. Feliciter
 Vota Faventinus Bis Deni
 Suscipit orbis
 Ut mactet Repetens Aurata
 Eronte Bicornes.

Multis quoque sacris initiata erat Fabia
 Aconia Paulina y)

Fabiæ. Aconiæ. Paulinæ. C. F.
 Filiæ. Aconii. Catulini. V. C.
 Ex. Præf. Et. Consulis. Ordin.
 Uxori. Vetti. Prætextati. V. C.
 Præf. Et. Consulis. Designati.
 Sacratæ. Apud. Eleusinam.
 Deo. Baccho. Cereri. Et. Coræ.
 Sacratæ. Apud. Lernam Deo
 Li-

y) Inscriptionem attulit explicavitque Vau Dale in Diff. de
 ritu Taurobolii p. 81 seqv.

Libero Et Cereri Et Coræ
 Sacratæ. Apud. Ægynam.
 Deabus. Taurobolitæ. Iſiacæ
 Hierophantriæ. Deæ Hecatæ
 Græco. Sacratæ Deæ
 Cereris.

Hæc initiationum repetitio partim ex eo orta, quod mentes superstitione captæ nihil intentatum reliquerint, quo coelestia sibi devincirent; partim ex eo repetenda, quod cum magnum esset teletarum discrimen, unica tamen mysteriorum religio hominibus saltem cultioribus videretur. Magno scilicet hac ætate consensu sacra Osiridis, Attidis, Adonidis, Mithræ, Bacchi, ad Solem, tanquam visibile demiurgi symbolum fuere relata z).

Neque multum ab his aberat Eleusiniorum ratio, juxta saporem ævi paululum mutata. In his enim hierophanta demiurgum, daduchus Solem, epibomus Lunam, hieroceryx Mercurium, habitu ac specie repræsentaverunt a).

Sci-

z) Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 17-23.

a) Eusebius præp. evangel. lib. 3. cap. 12. Eusebius in Maxim. p. 90-92 ed. Commel. eundem vocat Eleusiniorum antie-
 titem et mithriacorum patrem.

Julianus imperator eam inprimis philosophiam, quæ in initiationibus posita erat, (τελεστική και μυσταγωγός) sancta et majestatis plena præcipere existimavit l). Credidit porro Eleusiniorum eam esse efficaciam, ut averruncarent molestias ab impia et tenebrosa vi ingruentes m); de bacchicis vero ita disputat n), ut cum aliis viris prudentioribus, qui sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere contendebant o), sensisse videatur. Ut hæcce autem effata plenius intelligamus, simulque perspiciamus cogitandi sentiendique rationem, quæ inter homines doctiores sæculo tertio invaluerit, nonnulla de philosophis neoplatonicis afferenda sunt.

Peculiari fato accidit, quod eo sæculo quo bonæ disciplinæ fere negligenterentur, existerint philosophi, qui nugas ægyptiacas chaldaicasque data opera exornaverint, et in certam

l) Orat. 7. p. 223 ed. Spanh.

m) Orat. 5. in matr. Deor. p. 173.

n) Ibid. p. 221.

o) Servius ad Virgil. Georg. lib. 2. v. 389. „Prudentioribus aliud placuit, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere.

tam quādam disciplinæ philosophicæ formam redactas novis adstruxerint argumentis. Jam a multis inde annis philosophi, græcas Alexandriæ litteras tradentes, veterum orientalium placita in suam disciplinam receperant, atque miram somniorum et philosophematum confecerant farraginem.

Solet quidem afferri, neoplatonicos istos infensissimos religionis christianæ fuisse hostes, et hoc odio ductos partim multa præcepta moralia ex Christianismo ad suam disciplinam commendandam transtulisse, partim nova excogitasse portenta, quibus autoritas miraculorum Christi convelleretur; atque igitur totum istorum hominum systema a studio se Christianis opponendi esse derivandum. Sed ut hæc omnia nullis nituntur argumentis historicis p), ita ne quidem ullam probabilitatis speciem præ se ferunt. Cur homines præcepta istius, quam falsam crederent, religionis amplecterentur, nisi eadem alias ob causas verissima esse existimarent? Quomodo philosophi suspicari possent se disciplinam miraculorum fide subnixam novis

p) Cnfr. Meiners Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhundert. S. 9-20.

vis miraculis convulsuros? Neque sane est, cur de origine systematis neoplatonici vel absque ullo ad Christianismum respectu explicanda simus solliciti. Jam antea ostendimus opiniones de insigni magiæ magorumque autoritate, de corpore abstinentia enecando, de peculiari bonorum malorumque dæmonum vi, deque aliis furfuris ejusdem sententiis communi fere consensu sæculo post Christum secundo fuisse receptas. Hæc igitur omnia urbe Alexandriae bonarum malarumque artium sede cum mysticismo Platonis et abstinentia pythagorica coalescere, et ad formam unius systematis redigi facile potuerunt.

Inter neoplatonicos Potamon et Ammonius exeunte sæculo secundo eminuerunt. Hujus discipulus erat Plotinus, qui ceterorum facile princeps et veluti antesignanus, relicta Alexandria Romam commigravit, ibique tanta floruit fama, ut multi nobilium, viri foeminaeque, domum ejus frequentaverint g), vitamque haud pauci omnium ordinum ad ejus placita instituerint r).

Plo-

g) Porphyr. in vit. Plot. oper. Plot. p. 7. ed. Basil. 1580.

r) Eunap, in vita Plotini p. 12. ed. Commel. 1596.

Plotinus vero ita de rebus divinis sentiit, ut summi numinis essentiam intellectum mortaliū omnino fugere assereret, nisi forte mens humana non vi sua sed modo quodam ineffabili s) sese ultra mortalitatis sortem eveheret, tum vero dei adspectum concedi, animamque cum ipso Deo omnibus ubique præsente conjungi posse, quod sibi quater accidisse docuit t). Dæmonum porro præstantioribus viros sapientes tanquam adjutoribus uti, inferioribus autem ipsos tanquam famulis imperare. Ipse facultatem miracula patrandi sibi arrogans seipsum dæmonibus, quos cultu religioso vulgus venerabatur, longe præstantiorem esse judicavit u).

Cum vero totus in eo esset, ut in luce divina quiesceret, et participatione intellectus perfecti

s) Porphyr. in vita Plot. p. 16 C. *ενεργεια αρρητω και ε δυναμει.*

t) Ibid.

u) Vita Plotini p. 7-8. „Dæmonem, quem ex ordine divinatorum dæmonum sibi familiarem habuit Plotinus, Romæ in templo Isis, flagitante Ægyptio, evocavit.” ibid. „Cum Amelius sacrorum observator esset, ac per calendas sacra faceret, et aliquando Plotinum rogaret secum illuc accedere „illos inquit Plotinus decet ad me, non me ad illos accedere.” Eodem præterea in loco narratur, quo modo incantationes vim habentes nocivam in autorem converterit, et quod divinandi facultatem interdum exercuerit.

fectissimi animo pulchritudinem adderet v); res humanas tam alto despexit supercilio, ut illum puduisse ferant, quod animum corpore gereret inclusum x). Morum igitur disciplinam habuit tristem et absonam. Neque enim finem bonorum virtutibus civilibus, sed purificationibus theurgicis et liberatione ab omnibus materiæ vinculis, obtinendum esse putavit y). Vitam degit huic disciplinæ accomodatam. Abstinit balneis, interdum etiam pane; brevissimo usus est somno; in morbis remedia sumere sæpius neglexit; omnia vero ad victum necessaria amici suppeditaverunt z).

Non igitur mirum est talem magistrum discipulos a negotiis civilibus gerendis disvasisse a); atque discipulorum quendam, Rogatianum, virum senatorii ordinis, bonorum suorum curam neglexisse, omnes manumisisse servos, atque munera dignitatesque respuisse b).

Ex

v) Plotin. Ennead. p. 468, 555-56.

x) Vita Plot. ab initio.

y) Plotin. Ennead. 13, 15.

z) Vita Plot. p. 1, 2, 6.

a) Ibid. p. 5.

b) Ibid. p. 6.

Ex schola Plotini procescit Porphyrius, philosophorum sui ævi doctissimus, qui somnia magistri impigre auxit c). Cum juvenis adhuc erat, tantam ex consuetudine Plotini contraxerat corporis humanitatisque odium, ut hominum consortium fugiens vitam inedia finire studuerit, sed jamjam moribundus, accedente magistro et dissvadente, tandem ad vitæ negotia redire sustinuit d). Deinceps matrimonium quidem contraxit, non vero prolis suscipiendæ gratia, sed viduam amici defuncti quinque liberorum matrem uxorem duxit, ut prolem erudiret e).

Magiæ sive artis, quo subigerentur dæmones,

c) Dissentiunt viri docti, utrum Porphyrius apostata fuerit, an non (vid. ad calcem. lib. Porph. de abst. edit Jacob de Rhoer. epistol. J. F. Thomæ et U. G. Seberi de apostasia Porphyrii). Haud quidem omnino negandum esse videtur, hominem, et philosophiæ et vitæ asceticæ studiosissimum, sectam Christianorum, philosophia orientali imbutam, quæ severioribus uteretur vitæ institutis, aliquando adiisse. Quod vero nihil omnino ex Christianismo hauserit, neminem omnino inficias iturum arbitror, qui, scriptis Porphyrii perlectis, quomodo omnia et singula ejus placita ex penu et intimo veluti philosophiæ neoplatonicæ recessu haustæ sint, satis perspexerit.

d) Eunap. in vita Porphyr. p. 15-16.

e) Ibid. p. 18.

nes, duplex constituit genus, quorum alterum bonorum, alterum malorum dæmonum adhiberet auxilium; hoc goetiæ, illud theurgiae nomine insignivit f). „Animam porro per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri susceptioni spirituum et angelorum g), at severiore demum castimonia lustratam, omnibusque affectibus solutam ad ipsum Deum sese evehere, et divina sapientia (θεωσοφία) frui posse” docuit h). Inprimis vero de malis dæmonibus accuratè admodum disseruit. „Quod nempe pestilentias, sterilitates, terræ motus, atque id genus cætera terrarum orbi inferrent, ut homines a recta de diis opinione ad se colendos averterent, quin adeo ipsos homines amoribus implerent, et desideriis divitiarum, dominationum, voluptatum inanisque gloriæ incenderent i); aptos enim esse ad homines prodigiosis fallaciis decipiendos;

spi-

f) Augustin. de civit. lib. 10. cap. 9. Porphyr. de abstinentia lib. 2. cap. 42-43.

g) August. de civit. lib. 10. cap. 9.

h) Porphyr. de abstinentia lib. 2. cap. 15.

i) Ibid. lib. 2. cap. 40.

spirituale quoque eorum corpus vaporibus et suffimentis vivere, nidoribusque ex sanguine et carnibus corroborari atque pingvescere k). Eorum autem spirituum et ædes universas, et corpora nostra esse plena, sacrificantibus adesse, accumbentibus accedere, et vino ciboque repletos occupare, itaque in convivii fieri lustrationes, in templis autem ab Ægyptiis, Phoenicibus et omnibus religionum peritis lora rumpi, animantes ad pavementum, antequam Deorum sacris operentur, allidi, ut scilicet ejectis dæmonibus Deus interesse velit l).”

His somniis morum disciplina erat accommodata. Corpus, cujus onere homines a consuetudine cum Deo prohiberetur, duriter tractandum esse m), voluptatem ceu virtutis hos-

k) Ibid. lib. 2. cap. 42.

l) Porphyr. de hausta ex oraculis philosophia apud Euseb. præpar. evangel. lib. 4. cap. 23. et Theodoret Therapeut. disp. 3. p. 775. Add. Firmicus in astronomicis lib. 6. cap. 12. „Mars ipsos, qui ante fuerunt, acerbis dæmonum facit incursionibus implicari, ita ut anima, maligni spiritus potestate possessa, Dæmoni in corpore dominandi tribuat potestatem.

m) Porphyr. de abstin. lib. 1. cap. 56. p. 98. *Ἰεὺ συνέστια καὶ λυομεθα δια τῆς σαρωματῶς συνέστιαν.*

hostem fugiendam n) atque omnia, quaecun-
 que animæ infidiarentur, refecanda judicavit o).
 „Virum justum, dixit, sibi videri tanquam sui
 diminutorem (*ελαττωτικον*) in iis, quæ ad corpus
 spectarent, nec eum tamen injuria seipsum affi-
 cere, corporis enim castigatione et continentia
 internum bonum, nempe similitudinem cum
 Deo, sibi augere p).” Crebris itaque jejuniis q)
 et perpetua a re venerea abstinentia r), ad per-
 fectionis culmen annitendum esse semel iterum-
 que monicet,

Neque tamen omnes homines duriores
 vivendi rationem pari studio amplecti voluit;

ve-

n) Ibid. lib. 3. cap. 26. p. 282. *δικαιοσυνη καλεμιοκ*.

o) Porphyr. de antro nymphar. edit. van Goens p. 30.
 cap. 33.

p) Id. de abstin. lib. 4. cap. 18. p. 364. „Si enim a qui-
 busdam nonnulli ob pietatem abstinent, ab omnibus pro-
 cul dubio sibi abstinentum censebit, qui pius in omni-
 bus fuerit.” lib. 1. cap. 57. „Deo ne ulli quidem ex parti-
 cularibus nedum ei, qui ante omnes et supra incorpoream
 naturam absolute existit, quolibet victu, et omnino car-
 nium esu conciliari quispiam potest: sed castimoniis va-
 riis et animi et corporis, qui et honeste, natus et sancte
 et pure vivat, vix haberi dignus potest, ut ejus sensum
 aliquem habeat.”

r) Ibid. lib. 4. cap. 20. p. 367. Omnino venerea feminisque
 immisiones eo etiam polluant, quod anima corpore com-
 miscetur, et ad voluptatem deorsum trahetur.

verum illam tantummodo philosophiæ cultoribus incumbere credidit, quicumque via, quam multi Ægyptiorum, Judæorum, Persarum Indorumque, summam ubique morum sanctitate laudem adepti, jam calcaverant, ad perfectionem citato veluti gradu contendere voluerunt t). Hoc quidem monendo illorum rhetorum argumenta profligasse credidit, qui talem in vivendo severitatem vituperantes, haud temere rogaverunt: quid evaderet de rebus humanis, si omnes eam vitæ rationem eligerent u).

Ne-

- a) Ibid. lib. 1. cap. 27. p. 41. "Primum igitur sciendum est: orationem hanc meam non omnium hominum vitæ monitionem esse allaturam, nam neque iis, qui sordidas artes tractant, neque certatoribus, neque militibus, neque nautis, neque oratoribus, neque demum cæteris, qui negotiosam vitam instituerunt, ulla hujusmodi afferri persuasio potest. Sed illis tantummodo, qui, et quoniam sint, et unde venerint, considerant, quæque ad victum aliaque officia attingunt, diversa ab aliorum consuetudine sibi proposuerant. Ibid. lib. 2. cap. 3. pag. 103. „Abstinentia ab animatis non absolute omnibus hominibus præcipitur, sed philosophis atque iis præcipue, qui in Deo et in ejus imitatione felicitatem suam constituerunt." Ibid. lib. 2. cap. 52. p. 194. „Quibus tamen vita ad externa devolvitur, iis permittimus, ut semel impietate in se suscepta eo ferantur, quo ferri solent. Quem vero philosophum describimus &c.
- t) De his omnibus fuse agit Porphyrius l. c. lib. 4. cap. 3-19. Inprimis Brachmanes Samanæosque ita describit, ut monachorum simillimi videantur.
- u) Porphyr. de abstin. lib. 4. cap. 13. p. 361-62.

quod certo mortalium ordini autoritas compe-
teret fere divina; quod duris exercitiis castimo-
niisque perfectio demum esset obtinenda; quæ
quidem omnia sæculo secundo mysteriorum
fraude ad multos serpsierant, sæculo tertio phi-
losophorum somniis magis magisque pullula-
vere.

Scholarum neoplatonicarum præfules tan-
quam sacerdotes summi numinis, miraculorum
patratores, futurorum optime præscii, et fa-
miliari dæmonum deorumque commercio gau-
dentes, ultra sortem humanam longissime eve-
cti credebantur i). Ad tale autem fastigium ne-
que præclaro artium liberalium studio, verum
virtutibus quibusdam purificantibus (καθαρι-
καιο)

i) Eunap. in Maximo p. 95. „Julianus dimisit antistitem in
Græciam tanquam deum visibilem, quæcunque vellet pro
arbitrio impertientem. Eunapius in Chrysanth. p. 188 phi-
losophos, qui Apollonium Tyaneum secuti hunc pro Deo
coluerant, homines vocat plane divinos, qui tamen mor-
tales et corporibus induti videbantur. Id. in AEdes.
p. 73. „Antoninus totum se dedit diis Aegyptiacis et sa-
cris mysticis atque arcanis, citoque in deorum immorta-
lium contubernium receptus est, neglecta prorsus corpo-
ris cura, ejusque voluptatibus nuntio missa, et sapientiæ
studium vulgo profano incognitum amplexus.”

k) Marinus in vita Procli.

καί) quas sibi ipsis excogitaverant k), fanatismo scilicet et superstitione, adscenderant. Omnibus igitur, qui vulgarem vivendi rationem sana mente adhibuerant, consuetudinis cum Deo habendo spem denegaverunt, quin adeo poenas, cum a diis tum ab hominibus infligendas, contemtoribus vitæ asceticæ minati sunt, omnesque homines, variis vitæ negotiis deditos, malis dæmonibus ob motus animi incompósitos subesse contenderunt.

Quantopere hæc omnia ad hierarchiam informandam studiumque vitæ asceticæ excitandum contulerint, vix est, quod moneamus. Quæcunque sæculo secundo his institutis permanerant impedimenta, sæculo tertio fuere remota. Primores civium sacra susceperant asiatica. Ipsi Cæsares mysteriis peregrinis initiari studuerant. Hierophantis igitur, qui tales mystas initiorum beneficio sibi reddiderant obnoxios, neque autoritas neque opes diutius deesse potuerunt. Omnia porro sacra mystica, quorum autoritas ipsa initiorum varietate diutius fuerat imminuta, ad numen Solis communi sæculi tertii consensu relata, amice coaluerunt.

Eodem

cra eleufinia, vel mithriaca, vel ifiaca fum-
mam obtinuiffent auctoritatem; vel etiam fa-
cerdotes philofophi, neoplatonicorum fcilicet
alumni, quos Julianus imperator per orbem
romanum conftituendos curaverat, facra po-
pularia juxta fuam fentiendi rationem diutius
fuiffent moderati.

DE DISCIPLINA ARCANA
ELEUSINIORUM.

I

Sed

Sed profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex lubricine magis, quam ex vero celebrat obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego aestumo, satis amplæ magnificæque fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur.

Sallust. Catilin. cap. 8.

Athenis sub Pericle florentibus, magnum civium numerum mysteriis Cereris a) fuisse initiatum, atque varia, dum ritus initiationis perage-

a) Recentiorum præcipui, qui res antiquorum mysticas, imprimis Eleusinia, tractaverunt, sunt: Meursius in libro singulari de Eleusiniis vol. 2. oper. Florentiæ 1744 in fol. Casaubonus ad Baronii annales exercit. 16. 43. Petavius in animadv. ad Themistii orat. 5. Ismaël Bullialdus in not. ad Theonem Smyrnæum p. 224-244. edit. 1644. in 4. A. van Dale in dissert. de Gymnasiarchis p. 602-616. Warburton the divine legation of Moses 1. part 2. book sect. 4. Bougainville in memoires de l'academie des inscriptions vol. 21. p. 83-105. Meiners vermischte philosophische Schriften 3ter Th. p. 164-342. Leipzig 1776. Plessings Memnonium. Autor libri Karakteristik der alten Mysterien. Frankfurt and Leipzig 1787 in 8. Sainte Croix Memoires pour servir a l'histoire de la religion secrete des anciens peuples ou recherches historiques et critiques sur les mysteres du paganisme. Paris 1784 in 8. Dupuis origine de tous les cultes Paris an 3 in 8. vol. 4me. Multi alii paginas autorum jam allatorum exscripserunt (v. c. Starke über die alte und neue Mysterien &c.) vel sua nobis venditaverunt somnia (v. c. der Myltagog &c.)

agerentur, vidisse spectacula, partim horrida, partim læta, et tartari et Elyfii speciem referentia, satis constat. Maxima ex initiatione commoda ad mystas et vivos et mortuos redundatura, hominibus vero *αμνητοις* numina fore irata, atqve poenas imminere infernas, popularis erat opinio b).

Qvis

- b) Cnfr. locus Pindari apud Clem. Alexand. Strom. lib. 3. p. 518 edit. Potter. coll. Pindar. edit. Heyne vol. 3. p. 128. fragm.

Ολβιος οσις ιδων εκεινα κοιλον
 εισιν υποχθονα οιδεν
 μεν βικ τελευταν
 οιδεν δε διοσδοτον αρχαν.

Plutarch. de audiendis poetis cap. 4. p. 56 vol. 1. edit. Wyttemb. „Sophocles multa hominum millia (non Atheniensium tantummodo sed reliquorum etiam Græcorum) animi ægritudine afflixit de mysteriis hæc scribens

ter beati et amplius

Homines, quibus videre sacra hæc contigit
 Priusquam ad orcum venerint, solis ubi
 His vivere datur, coeteris mala omnia.

Similia reperiuntur in Aristoph. Ranis Act. 1. scen. 7. ad fin. chor. et in hymno homerico in Cererem v. 486-88. Add: locus in Axiocho AEschinois oper. Plat. vol. 11. p. 195 edit. Bip. „Herculem Liberumqve patrem, descendentes ad inferos, priscus est sermo, hic initiatos fuisse, et fiduciam, qva illuc irent, ab Eleusiniis conceptam esse.” Inter proverb. græc. Zenobii exstat Centur. 2. prov. 6. *απληροσ πιθος — πασχεισι δε περι αυτου αι των αμνητων ψυχαι* cnfr. append. proverb. a Vatican. cent. 3. prov. 31.

Qvis non in his agnoscit vestigia opinio-
nis per omnem antiquitatem vulgatæ: deos
cultoribus suis esse propitios, contemtoribus
vero iratos; illis præmia, his poenas hac in vita
irrogare? Quid ea persuasione magis nativum,
fore, ut quicumque deas venerandas, unam
terræ, alteram inferni dominam debito profe-
queretur cultu, beneficum earum auxilium vi-
vens moriensque experiretur?

In his solennibus omnia quidem externa
ad animos hominum vulgari ætatis superstitione
replendos erant composita. Lustrationes, pom-
pæ, sacrificia, ludi, qui se invicem more Græ-
corum solito exceperunt, tanto cum apparatu
Eleusine instruebantur, ut alia initiationum ge-
nera, quæ pasim, vel privatis sub auspiciis c),
vel publice in minoribus Græciæ d) urbibus per-
acta fuerint, autoritate facile superaverint.
Hospitibus vero, quorum magnam partem non
initiatam festi attraxerat religio e), monstraban-
tur

c) Plato de Repub. lib. 2. p. 220'-21 vol. 6. edit. Bip.

d) Recensum sacrorum Cereris per Græciam peractorum de-
dit Dupuis origine de tous les cultes vol. 4. p. 34-110.

e) Orat. Lyfiæ adv. Andocid. p. 106 edit. Taylor. τὰς ἄλλας
Ἑλλήνας, οἱ ἐνεκα ταυτῆς τῆς εορτῆς, ἢ θύειν εἰς ταυτὴν
τὴν πανηγυρίαν βεβηκομένοι ἢ θεωρεῖν.

tur loca, vestigiis Deæ venerandæ sacrosancta, atque laudibus mystici Jacchi aures obtundebantur. Tantum vero aberat, ut ullam impietatis calumniam mystæ, quæ tales, contraxerint, ut potius illi, qui initiari detrectassent, veluti deorum contemtores male audiverint f).

Longe vero difficilior de eo, quod initiati de religione civili statuerint, oritur quæstio; quam quidem plurimos virorum doctorum g), Varburtone duce h), ita solvisse constat: ut doctrinam mysteriorum arcanam, paucis iisque prudentioribus in magnis traditam mysteriis, religionem civilem penitus sustulisse; turbam vero initiatorum, in parvis mysteriis veluti in vestibulo hærentem, pompis et spectaculis delusam fuisse dixerint. In tota vero disputatione hoc imprimis reprehendendum venit, quod plurimi testimonia veterum hanc in rem collecta, nunc ad parva, nunc ad magna mysteria pro lubitu retulerint. Hinc quisque pro
sua

f) Lucian in *Demonacte* p. 549 edit. Bourdelot.

g) A vulgari nempe sententia discedunt autor ingeniosus libri *Karakteristik der alten Mysterien*, nec non Sainte Croix in lib. cit. v. cl. qui miram in rebus mysticis perscrutandis eruditionem et perspicaciam adhibuit.

h) *The divine Idgation of Moses* vol. 1., book 2. sect. 4.

sua opinione magnifica spectacula ad minora mysteria, doctrinam arcanam ad majora relegavit.

Sed disertissimis veterum autorum testimoniis evincitur: duplicia ista mysteria diversis incidisse tempestatibus, ita ut quovis anno i) minora Anthesterione (Aprili fere), et majora Boedromione (Septembri fere), semper peracta fuerint k) Omnes igitur ritus mystici, qui Au-
tum-

i) Sententiam Scaligeri, mysteria ex auctoritate Tertulliani (adv. Valentianos ab initio) quinquennia fuisse contendentes, bene refutaverunt Petavius in notis ad Themist. orat. 5. p. 411 seqv. edit. Harduini, et Bullialdus ad Theon. Smyrnæum p. 218. Eorum sententiæ favent Herod. lib. 8. cap. 65 Isocrates Panegy. cap. 6. p. 17 edit. Mori Pausanias in Corinthiacis cap. 14. in Arcadicis cap. 15. Plutarch. in Demetrio p. 45 vol. 5. edit. Reiskii. Aristides orat. Eleuf. edit. Jebb. p. 259. orat. Panathen. p. 353. Julian. orat. in matrem Deor. p. 173 edit. Spanh. Scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 846. Versus Senecæ in Hercule Oetæo

v. 594. Nos Cadmæis orgia ferre
Tecum solitæ condita cistis,
Cum jam pulso sidere brumæ
Tertius soles evocat æstas,
Et spiciferæ concessa Deæ
Attica mystas claudit Eleufis

modo innunt Dionysia quædam trieterica, Thebis peracta, ac sollennitatem quandam Eleufiniam (mysteria minora) in eandem anni tempestatem incidisse.

k) Plutarch. in Demetrio cap. 26. p. 46 vol. 5. ed. Reiskii in Phocione cap. 6. p. 305 vol. 4. Julian. orat. 5. p. 175.

tumno commemorantur Eleusine facti, ad majora referendi sunt mysteria. Jam vero traditur pompas sollemniore, maxima hominum frequentia celebres, festum scilicet lampadum l) et deductionem Iacchi m), in mensem Boedromionem incidisse; unde igitur patet, eas ad magna pertinuisse mysteria. Constat quoque non vere sed autumnio maximam hospitem multitudinem mysteriorum gratia confluisse Athenas n). Accurata præterea locorum inter se

- l) Theophrastus de garrulitate *Δαμιπτος μυστηρίοις μεγίστην δαδα εσησε* subjungit paullo post *βοηδρομιονος μεν εσι τα μυστηρια* Seneca Hercul. fur. Act. 3. chor.

Quanta, cum longæ redit hora noctis :
Crescere et somnos cupiens quietos
Libra, Phoebeos tenet æqua currus ;
Turba secretam Cererem frequentat,
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystæ.

Innuit quoque Themistius orat. 5. ad Jovin: ad fin. festum lampadum tempore victoriæ juxta Salaminem preportatæ incidisse.

- m) Plutarch. in Phocione cap. 6. p. 305 vol. 4. Polyæn. Stratag. lib. 3. cap. 11. de Chabria. Cnfr. Petav. ad Themist. orat. 5. p. 405 edit. Hard.
- n) Senecæ Hercul. fur. Act 3. chor. Philostrat. in vita Apollonii lib. 6. cap. 6. "In Piræum navigans Apollonius circa mysteriorum tempus, quando Athenienses frequentissimum Græcorum conventum faciunt, ascendebat a navi

se comparatione instituta efficitur, dicta Plutarchi, Aristidis, Dionis, Themistii o), quæ varia spectacula initiandis objecta, nunc horrorem, nunc lætitiā extitasse innuunt, idem spectasse initiationis genus. Multis denique veterum autorum locis efficitur, eos nuda mysteriorum

a navi in urbem. Progrediens vero incurrebat in multos ex philosophis descendentes versus Phalerum, quorum nonnulli æstivabant, etenim autumnus apud Athenienses calidus."

- o) Plutarchi locus a Stobæo excitatus sect. 119, falso adscriptus Themistio (cnfr. Wyttembach in Plut. de sera numinis vindicta p. 129). Aristidis Eleusin. orat' p. 257-58, ed. Jebb. Dio Chrysos orat 12. de cognitione p. 202, B. edit. Morell. Themist. in obitum Patris p. 235 edit. Hard. Ex loco Plutarchi utpote difertiore coeteri explicandi. In eo autem describitur aliquis *τελευταίος μεγάλαις κατοργιαζόμενος*, cui comparatur moribundus. Tota itaque vita spectatur veluti iniumentum, cujus gradus ultimus extremo vitæ termino respondet. In declamatione Aristidis fere similia afferuntur; præterea vero dicuntur mystæ, his spectaculis visis, non solum cum tranquillitate vivendi rationem, sed etiam cum spe meliore moriendi accepisse. Quid majus atque augustius majora quædam mysteria conferre potuissent? In loco simili Dionis explicando mentio parvi cujusdam sacelli fucum fecit nonnullis (vel ipsi Sainte Croix p. 186). Quod vero templum rhetor maximum nuncupaverat, paucis interjectis, comparatione cum totius mundi compage instituta, exiguum jure suo appellat; neque inde juxta sententiam vulgarem efficitur, autorem de templo quodam exiguo, Agræ exstructo, non de magno illo Eleusinio cogitasse,

sacris fuscipiendis apti, Eleusinem redierunt t); atqve secunda demum et augustiore initiatione omnia adspexerunt, unde dein epoptæ fuere appellati. Neque est verosimile mystam aliquem, dum nullis adhuc sacrorum participatio constaret sumtibus, secundam detrectasse initiationem, cujus non nisi imaginem parvis acceperat mysteriis u).

Ob-

t) Qvod mystæ prima initiatione suscepta, secunda post annum dimidium insequente ad epoptiam pervenerint, patet ex scholiast. Aristoph. Ran. 247. *οι δε παραλαβοντες αυτη τω αυδιω ενιαυτω εφωρωσι τα μυσηρια, και εποπτευσαι, και εποπτευοντες χαιρσαι επι τω πολλα πραττειν.* Suidas in voce *εποπται*: *Εν αρχη μεν μυσαι μεθ' ενιαυτον εποπται και εφωροι.* Scilicet notandum venit annum atticum a solstitio æstivo incepisse, ut igitur de illis, qui vere ineunte minoribus initiati fuissent mysteriis, majorum autem proximo autumno evassent compotes, recte fuerit dictum: qvod anno primam initiationem sequente ad epoptiam pervenerint. Locus autem Plutarchi in Demetrio p. 45 vol. 5. *Εποπτευον δε τουλαχισον απο των μεγαλων ενιαυτον διαλιποντες,* qui valde torfit viros doctos, ita me iudice explicandus est: mos fuit Atheniensibus unius anni intervallum inter quamvis magnorum mysteriorum celebrationem ponere." Emendatio hujus loci a Casaubono instituta ad Athenæum lib. 6. cap. 15. plane falsa. Petavium in notis ad Themistium p. 411-414 edit. Hard. de intervallo mysteriorum hallucinantem carpit Bullialdus in notis ad Theon. p. 221.

u) Euripid. frag. apud Plut. consol. ad Apollon.

Υπνοσ τα μικρα τε θανατα μυσηρια.

Objiceret aliquis tantam mystarum multitudinem paucis noctibus neutiquam initiari potuisse. Patet autem ex Plutarcho v) revera in magnis mysteriis ingentem fuisse confluxum hominum, qui initio se invicem truserint, atque incompósitos sustulerint clamores; eosdem deinceps, cum monstrarentur sacra, horrore correptos siluisse, et arrectis stetitisse auribus. Plures quoque eadem nocte initiationes peragi potuerunt, cum mystæ, facta initiatione mox abeuntes, locum dederint sequentibus x).

Præterea observasse juvabit: vulgarem de numero mystarum ad triginta hominum millia accedente sententiam, ex perversa Herodoti interpretatione y) unice esse deductam. Affert

v) Plut. quomodo quis sentiat suos in virtute profectus cap. 10. p. 215 vol. 1. edit. Wyttemb. Narratur itaque veluti res singularis de Antonino Philosopho: quod sacrum Cereris solus fuerit ingressus Jul. Capitolin. in Antonin. cap. 27.

x) Liban. declam. 16. p. 446 edit. Morell. vol. 1. καλον δε ωσπερ και μωσηριαν μετασχοντα απελθειν και τελεσθεντα τα τε δημα μωσηρια παρεχειν μετ' αυτου αλλοις τισιν εισ την τελετην παρειναι. Hic quidem locus non nisi de uno agit Mysta, sed collective potest intelligi. Ipsissima verba transferre liceret ad eum, qui apud nos die festo mysterii sacrae coenae evaderet particeps, nec inde jure concluderet aliquis hominem communicasse solum.

y) Lib. 8. cap. 65.

fert Herodotus narrasse Dicæum quendam Atheniensem, se, exulem apud Persas degentem tempore, quo Attica incolis destituta ab exercitu Xerxis vastabatur, aliquando una cum Demarato, exule Lacedæmonio, vidisse pulverem ingentem, triginta ferme millium virorum, procedentem ab Eleusine; statimque se audivisse vocem, quæ præsentiam Jacchi mystici innuere videretur: ex illo autem pulvere ac voce coisse nubem, eamque in sublime educatam Salaminem versus ad Græcorum exercitum fuisse delatam; atque se inde intellexisse numen ab Eleusine resonans auxilio venire Atheniensibus, cladem regis copiis illaturum. Jam quisque videt hic non sermonem esse de vera Jacchi diductione, quippe quæ haud fieri potuisset, templo a Persis devastato z); portentum igitur ex mente ipsius Herodoti enarrari, unde nil ad veram mysteriorum conditionem intelligendam hauriri potest.

Denique computatione haud improbabili numerum mystarum quodammodo definire licet. Constat nimirum, et barbaros a), et ser-

z) Herod. lib. 9. cap. 65.

a) Scholiast. Aristoph. in Plut. 846. § 914. Lucian. in Demonacte p. 549 edit. Bourdel.

servos b) a mysteriis fuisse exclusos; ex reliqua Græcia non nisi ditiores, atque igitur numero pauciores, accessisse, quippe qui soli sumtus itineri necessarios impendere possent. Foeminarum aut nullæ, aut paucae e matronis nobilibus, affuisse videntur c). Mystarum igitur
longe

b) Iſæus orat. de hæred. Philoct.

c) Perobscura est quæstio: foeminæ adfuerintne Eleusiniis. Ab una parte admodum probabile est, foeminas, quæ solæ Cererem Thermophoriis mense Pyanepsione coluerint, ab Eleusiniis fuisse exclusas; ab altera vero parte mirum est, hoc nullibi apud antiquos autores discrete commemorari. Loca hactenus allata ad litem dirimendam haud sufficiunt. Ubi enim dicuntur mulieres bigis vectæ ad magna abiisse mysteria (Aristoph. Plut. v. 1014-16. et schol. ad l. Demosth. orat. Midian. p. 567 vol. i. edit. Reiskii AELIAN. hist. variæ lib. 13. cap. 24.) intelliguntur forsitan matronæ pompam tantummodo spectaturæ. Harum quoque in numero Phryne fuisse videtur, quæ Eleusiniis in frequentissimo conventu mare nuda ingressa est Athenæi deipnos. lib. 13. p. 590. Protervia Demetrii cujusdam, qui sellam regiam pellici suæ in Eleusiniis juxta adytum (non in adyto) poni jusfit, nil probat; narratur enim res inaudita. Athenæi deipnos lib. 4. p. 167. Quando vero commemoratur templum Eleusine viris foeminisque commune (Aristid. in Eleusin. p. 257) atque jusjurandum muliebri ex Eleusiniis petatum (Varro apud Gellium lib. 11. cap. 6. Alciphron. ep. lib. 2. p. 3); innuitur fortasse festum Thesmophoriorum, cujus ultimus dies peragebatur Eleusine. Inprimis vero omnia ea, quæ exstant de melissis sive de sacerdotibus foeminis (Hesych. in voc. μητροπολις, Φιλλεϊδαι Pollux lib. 1. cap. 1. §. 14. Schol. Soph. Oedip. Col. ad. v. 673.) ad mulieres Thes-

longe plurimi cives erant Athenienses. Jam vero negari nequit, quod florente Athenarum republica plurimi virorum, qui et Urbem et Eleusinem incoluerint, mysteriorum fuerint participes. Ostendit periculum AEschyli a toto caveæ confessu ob sacrorum violatorum suspicionem pessime vexati d); testantur porro orationes Lyfiæ Andocidisque coronam veluti sacris initiatam alloquentium e). Infantes præterea, more Atheniensium solito, a parentibus ad sacra percipienda fuerunt adducti f): coeteri autem, qui profani vitam diutius degerant, senectute ingruente, deas magnas ritu initiationis sæpius in-

mophorias tam Athenis quam Eleusine celebrantes magna probabilitatis specie referuntur. Calumnia Epiphani (adv. hæres. lib. 3. edit. Petav. vol. 1. p. 1093) de mulieribus se Eleusine denudantibus ex putida quadam de Cerere narratiuncula videtur hausta (Clem. Alexand. cohort. ad Gent. p. 17).

d) Clem. Alexand. Strom. lib. 2. cap. 14. p. 471. Aelian. hist. var. lib. 5. cap. 19.

e) V. c. Andocid. in defens. p. 17 vol. 4. edit. Reiskii „Initiati estis, et Deorum sacris ipsi spectatores interfuistis — Per Deos vos adjuro tam sacrorum ipsorum causa, quæ spectastis, quam Græcorum, qui festi hujus causa huc conveniunt.

f) Terent Phormio Act. 1. scen. 1. v. 15. et Donat. ad. l. Pueri intererant sacris Samothraciis Plutarch. in vita Alexand. init.

demulcere studuerunt g). Neque tamen hoc ita intelligendum est, veluti omnes et singuli Athenienses evasissent mystæ. Fuerunt haud dubie ipsis Athenis multi, vel honestiore loco nati, qui sacrorum Cereris expertes permanferunt h); neque verosimile est rusticos Atticæ, longius ab urbe remotos, numen Cereris ritu Eleusinio coluisse. Colligimus inde mystarum numerum fere dimidium fuisse civium Atheniensium, nec ultra decem millia hominum comprehendisse i); hujus autem multitudinis partem vix vicesimam eorum, qui singulis vicibus initiandi essent, summam confecisse.

Ex iis, quæ de magnis mysteriis hactenus disputavimus, jam patere arbitror, quam parvam probabilitatis speciem sententia illorum præ

g) Aristoph. in Pace v. 374.

h) Præter exemplum Æschyli sacris haud initiati cfr. Andocidis defencio p. 6 vol. 4. edit. Reiskii „visum fuit Prytanibus discessum a concione non initiatis imperare” ibid. p. 14. „Placuit populo, ut senatorum illi, qui sacris Eleusiniis essent initiati, in dicasterio Thesmothetarum indices examinarent.

i) Sumitur numerum civium Atheniensium ad viginti fere millia accessisse vid. Gillies Betrachtungen über die Geschichte der Griechen, übersetzt von Macher p. 12-16. Numerus vero ille tam exiguus adhuc justo videtur major.

præ se ferat, qui deos populares arcana mysteriorum doctrina funditus everfos volunt. Quomodo Athenienses, quorum tot florente republica mystas fuisse constat, deos more majorum colerent, quos meros fuisse homines ab hierophanta didicissent. Quam absona fuisset Anyti et Meliti in Socratem accusatio k): quod ille nec diis, quos coleret respublica, rem sacram fecisset, nec Eleusiniis solus omnium fuisset initiatus, si ipso initiationis ritu mystæ deos contemnere didicissent?

Cur nemo scriptorum ecclesiasticorum, qui summam in argumentis, unde antiquitatem doctrinæ suæ ostenderent, afferendis diligentiam posuerunt, ad doctrinam provocavit arcanam? Immo potius omnes ab antiquissimis inde Eleusinia cum reliquis sacris mysticis vel derident, vel abominantur; atque his in ritibus non nisi fallacias ab impuris dæmonibus ad miseros homines irretiendos adhibitas depre-

hen-

k) Nullibi hoc legitur nisi in *Demonacte* Luciani p. 549 edit. Bourdel. Credo itaque hanc calumniam non ad caput accusationis pertinuisse sed modo ad majorem invidiam excitandam fuisse allatam. Cæterum facile patet sycophantas, Socratem dicentes omnium solum initiationem detrectasse, eum more sycophantico auxisse in majus.

hendisse videntur l). Interpretationes vero allegoricas, quippe quæ nec ritibus explicandis congruerent, nec veræ pietati fovendæ invirent, sibi haud ignotas plane respuunt m). Nec est, quod dicamus patres ecclesiasticos temere judicasse. Valde enim est probabile, quosdam eorum variis mysteriis fuisse initiatos n), atque reliquos notitias suas ex quotidianis cum mystis sermonibus hausisse.

Fue-

- l) Athenagor. legat. pro Christ. cap. 16. p. 71 cap. 27. p. 126. edit. Oxon. 1706 in 8. Tatian. orat. ad Græcos cap. 13. p. 33. edit. Oxon. in 8. Clement. Alexand. cohort. ad Græc. p. 10-21, 29-30, 49. edit. Pötter. Tertullian. adv. Valentianos ab init. Minucius Felix in Octavio cap. 21. Arnob. adv. Gent. lib. 5. p. 171-188 edit. Lugdun. 1651 in 4. Euseb. præpar. evang. lib. 2. cap. 2. in fin. Lactant. instit. divin. lib. 1. cap. 21. Firmicus Maternus de errore prof. relig. passim. Theodoret. Theop. disp. 1. p. 721-22. vol. 4. edit. Schulzii in 8. Gregor. Nazianf. in Jul. orat. 3. p. 94 orat. in sancta lum. p. 555 edit. Venet. 1753. Epiphanius adv. hæres. lib. 3. p. 1092-93 vol. 1. edit. Petav. August. de trinit. 4. p. 819 vol. 8. edit. Bened. id. de civit. Dei lib. 6. cap. 7.
- m) V. c. Athenag. legat. cap. 19. Tertull. adv. Marcion. lib. 1. cap. 13. Arnob. adv. Gentes lib. 5. p. 181. Euseb. præp. Evang. lib. 2. cap. 7. Firmicus Mat. p. 7. Theod. disp. 7. p. 884 Gregor. Nazianf. orat. 3. adv. Jul. p. 94. D. August. de civit. Dei lib. 8. cap. 5.
- n) Tatianus asserit ipse se mysteriorum fuisse participem cap. 46. p. 100. Clementem Alexandrinum omnes mysteriorum ceremonias sua ipsius experientia cognovisse refert Euseb. in præpar. evang. lib. 2. cap. 2. sub finem.

Fuerunt quidem nonnulli, qui aut fortes, aut claros, aut potentes viros crederent post mortem ad deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos homines dein colere, precari venerarique solerent; quæ quidem ratio maxime ab Euhemero tractata est. Sed hos omnium religionum fuisse expertes, ipsumque Euhemerum religionem totam sustulisse, et Tullius, et Plutarchus, colloquia mystarum enarrantes, asserere haud dubitaverunt o). In tota denique antiquitate initiationes cum cultu deorum publico, sive superstitione populari, arctissime necti videmus p): atque eoptas vestes, quibus induti sacra percepissent, amuletorum loco ad mala propitio dearum Eleusiniarum auxilio averruncanda adhibuisse q).

Ar-

o) Cicero de natur. Deor lib. 1. cap, 42. Plutarch. de Iside cap. 23.

p) V. c. Plut. de educ. pueror. cap. 14. „Ea opinor de causa prisci mystica sacra instituerunt, ut, in his taciturnitati asvescentes, ad fidem humanorum arcanorum metum Deorum transferremus.” Plut. adv. Colot. cap. 22. p. 381 vol. 5. ed. Wyt. Vestra o Epicurei disciplina vitam implet impio Deorum contemptu atque ferocia, quando adjuncta Diis cognomenta avellentes, una aboletis sacrificia, *mysteria*, pompas, festos dies.

q) Aristoph. Plut. v. 846-47. et scol.

Argumentis igitur hactenus allatis quæstio de doctrina arcana religioni civili contraria jam videri posset confecta; cum vero multa contrariam in partem ex vetustis scriptoribus loca excitari soleant, ratio propositi nostri jubet, ut potissima de mysteriis testimonia a Platone ad Plutarchum usque afferantur explicenturque.

Quid Plato de mysteriis senserit, incertum. Semel laudat præceptum in mysteriis datum r). „Profecto, ait, sermo ille, qui de hisce rebus in arcano habetur: quod nos homines sumus in quadam custodia (*Πρῆξα*), neque decet quemquam ex hac seipsum solvere, neque aufugere, magnus quidem videtur, neque cognitu facilis.” Aliis in locis vulgares quasdam mystarum sententias sua explicatione addita emendat. Philosophiam, nempe vocat genuinam initiationem, cujus demum præmia altera in vita forent lætissima s), profanorum vero

r) in Phædone p. 140 Bip. vol. 1.

s) Phædon. p. 157. „Temperantia et justitia et fortitudo et prudentia ipsa est purificatio quadam. Quamobrem hi, qui mysteria nobis constituerunt, minime contemnendi videntur, sed revera jamdudum nos occulte admonere, quod quicumque non expiatus neque initiatus migrabit ad inferos, jacebit in luto; quicumque vero purgatus ac initiatus illuc accesserit, cum Diis habitabit. Sant enim, ut vulgo ajunt

vero hominum apud inferos supplicia æstum animi indigitare opinatur, quo homines libidinosi semper fluctuant t). In libris autem, quos de republica edidit, absurdas de diis narrationes, fabulis Hesiodi haud absimiles, hominibus initiatis tradi innuere videtur u).” Maximum est, inquit, et de maximis rebus mendacium, quod non probe mentitus est Hesiodus, quando gesta illa a Coelo fingit, additque, quemadmodum Saturnus eum punivit &c. Quæ quidem, etsi vera essent, non tamen putarem tam aperte ad homines mentis inopes adolescentesque proferenda, sed tacenda potius; si autem necessitas adesset loquendi, in arcanis audienda paucis, non porcum v) sacrificantibus, sed pretiosam quandam et raram victimam, ut quam paucissimos audire contingat.

Ifo-

ajunt, qui in mysteriis versantur, thyrsiferi quidem multi, Bacchi vero pauci (Matt. 22., 14. πολλοὶ εἰσι κλητοὶ, ὀλιγοὶ δὲ ἐκλεκτοί). Hi vero, ut ego opinor non alii sunt, quam qui recte philosophati sunt. Add. Phæd. p. 154.

t) Cnfr. Platon. in rempub. lib. 2. p. 218 vol. 6., et in Gorgia p. 100 vol. 4. Bip. cum Pausan. in Phocicis cap. 32. et Proverb. Zenodoti cent. 2. prov. 6. Append. prov. e Vatican. cent. 3. prov. 31.

u) Plato de republi lib. 2. p. 248.

v) Solenne in mysteriis sacrificium Aristoph. Acharn. v. 747 et v. 764. cum schol.

Ifocrates quidem rhetor in oratione panegyrica, quæ omnia Atheniensium merita verbis persequitur magnificis, mysteria inter maxima recenset Cereris beneficia; sed ex toto hocce loco ad præjudicia popularia accommodato minime colligitur, quid ipse orator, vir acutissimus, de pretio totius institutionis judicaverit x).

Quicumque auram omnino spreverunt popularem mysteria quoque se contemnere palam professi sunt. Ita Socrates initiari noluit y). Antisthenes z) et Theodorus a) res mysticas spre-

x) Ifocrat. panegyri. cap. 6. p. 16/ edit. Mori. „Etsi fabulosus sermo sit, tamen illum nunc narrare decet. Cum enim Ceres pervenisset in regionem nostram cum errasset Proserpina raptâ, cumque erga majores nostros benigne affecta esset ob beneficia, quæ nullis aliis nisi initiatis fas audire, et dedisset dona duo, quæ maxima fuerunt, fruges nempe, quæ causæ fuerunt nobis, ne pecudum more vivamus, et initia, quorum qui participes sunt, et de vitæ exitu et de universo ævo dulciores spes habent.

y) Lucian. in Demonacte. p. 549.

z) Diogen. Laert. in Antisthene „cum aliquando Orphicis mysteriis initiaretur, diceretque sacerdos, ejusmodi initiatos bonis plurimis apud inferos perfrui. „Cur igitur, ait, ipse non moreris?“

a) Diogenes Laert. in Aristippo sub fin. „Quum assideret aliquando Theodorus Eurychidi hierophantæ. Dic mihi, ait.

sprevisse videntur. Diogenes vero Atheniensibus rogantibus, ut initiaretur, et dicentibus, quod apud inferos ii, qui initiati essent, præsiderent." Perridiculum est, inquit, si quidem Agefilaus et Epaminondas in coeno degent, viles autem quique initiati in beatorum insulis erunt b)."

Inter honorifica quidem de mysteriis testimonia effatum commemoratur Chryssippi c), nullo autem jure, quippe quæ modo significet: sermones philosophorum de rebus divinis a paucis discipulorum rite perceptos tropico τῶν τελετῶν vocabulo jure insigniri.

Postquam Romani rerum summa potiti erant, afflicta Atheniensium civitas initiationum commoda dominis lubenter detulit. Senatores

ait, Euryclides, quinam sunt, qui circa mysteria impii sunt? Cum respondisset ille, eos ejus criminis reos teneri, qui ea necdum initiatis aperirent: et tu ergo, inquit, impius es, qui ista nondum initiatis enarres."

b) Diogen. Laert. in Diogene. Plutarch. de audiend. poetis cap. 4. p. 56 vol. 1. ed. Wytt. Julian.] orat. 7. p. 238. ed. Spanheim,

c) Etymol. magn. in voc. τελετη. „Chryssippus dicit sermones de rebus divinis merito vocari τελετασ oportere enim illos postremos et post omnia addisci, anima corroborata et taciturnitatem erga non initiatos servante. Arduum et de diis audivisse recta, et illorum esse tenacem.

res itaque equitesque in provincias abeuntes tanto frequentius sacra Cereris admiserunt, quanto saepius Romae paedagogorum graecorum declamationibus maximam eorum vim efferri audiverant. Hisce laudibus haud dubie fuit effectum, ut hominis videretur urbani graecaeque litteras callentis Eleusina illam sanctam atque augustam semel perlustrasse.

Romanorum Varro Tulliusque primi sunt, qui mysteriorum rationem paullo uberius in scriptis suis exposuerunt. Ut Varronis de mysteriis sententiam intelligamus, pauca quaedam de theologia ejus praemittenda. Ipse Varro, quin plures essent dii, nullo modo dubitavit. Asserit animam mundi et partes ejus esse veros deos d). Si vero novam constitueret civitatem, ex naturae potius formula, quam ex institutione romana deos nominaque deorum se fuisse dedicaturum confitetur e). Tria dicit esse theologiae genera: mythicon appellari, quo maxime utuntur poetae, physicon, quo philosophi, civile quo populi. „In primo, inquit, multa sunt, extra dignitatem et naturam immortalium ficta,

in

d) August. de civit. Dei lib. 7. cap. 5.

e) Ibid. lib. 4. cap. 31.

ronem his mysteriis fuisse initiatum, quid enim homini de eo, quod mystis vel notum vel ignotum esset, nisi initiato constare potuisset. Dein ipsis mystis nullam probabilem simulacrorum rituumque explicationem fuisse datam; denique Varronem suam interpretandi rationem omnem, cui ipsa mysteria non nisi nutus suppeditaverant, ex physico theologiæ genere hausisse k).

Dum vero ipse Varro in libris de lingua latina l) simpliciter dicit „Terram et Coelum, ut Samothracum initia docent, esse Deos magnos”; exemplo suo monstrat, quod vel autores gravissimi suas interpretationes pro genuina mysteriorum doctrina nobis obtruserint m). Non igitur nos morabitur, quod dicit idem juxta placita theologiæ physiciæ”: in mysteriis Eleusiniis multa tradi, quæ nisi ad frugum inven-

k) Ibid. lib. 8. cap. 5. „Et ea, quæ Varro ex his sacris, quasi ad coelum et terram rerumque mortalium semina et actus interpretatus est, quia nec ipsa illis ritibus significantur, quæ ipse insinuare conatur, et ideo veritas consonantem non sequitur.”

l) Lib. 4. cap. 10.

m) Aliud ejusdem rei exemplum existat apud Augustinum de civit. Dei lib. 18. cap. 5.

ventionem non pertineant n); terramque eandem appellari matrem et Cererem, et, cum agricolæ piam et utilem agere vitam crederentur, inde ea potissimum, quæ Cereri sacra essent, vocari initia o)." Hanc denique ob similitudinem, quam inter mysteria et theologiam physicam sibi deprehendisse visus est, multa ait esse vera, quæ non modo vulgo sciri non sit utile, sed etiam, si falsa sint, aliter existimare populum expediat, et ideo Græcos teletas et mysteria taciturnitate parietibusque clausisse p). Ex hoc igitur loco sequitur, non quidem religionem civilem doctrina quadam arcana fuisse sublatam, sed placita theologiæ physicæ, Varrone iudice in mysteriis significata, a foro recte arceri. Quod vero opiniones vulgares mysteriis veluti paucorum hominum opponi videantur, facile in homine Romano explicari potest, Romæ scribente, quæ quidem in urbe uon nisi pauciores sacrorum Cereris erant participes.

Præ-

n) August. de civit. Dei lib. 7. cap. 20. Ea quoque Prodicæ philosophi fuit sententia citata a Themistio orat. 30. p. 349. edit. Hard.

o) Varro de re rustica lib. 3. cap. 1.

p) August. de civit. Dei lib. 4. cap. 31.

Deorum; sed ita ut vel præceptum afferat morale, vel majorem erga Deum mysticum excitet reverentiam. Neque disertior est locus, qui ex quæstionibus Tusculanis excitari solet v)." Si vero scrutari vetera et ex his ea, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner: ipsi illi majorum gentium dii qui habentur hinc a nobis profecti in coelum reperiuntur. Quære, quorum demonstrantur sepulcra in Græcia: reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysteriis: tum denique, quam hoc late pateat, intelliges." Hic asseritur, quod jam aliunde satis notum est, casus deorum popularium humanos in mysteriis fuisse representatos, unde nullo modo sequitur, auctoritatem eorum hanc ob causam fuisse sublatam; quin potius nulla argumentationi, qua immortalitatis spem præstruere conatus est, adfuisset vis, nisi agnovissent mystæ, heroes istos defunctos nunc in coelo degere divina pollentes efficiendi vi. Verum enim vero ne ipsum quidem Tullium genuinam suam de fatis deorum adversis, in doctrina arcana enarratis, sententiam hic proposuisse existimo; verum potius ut rhetorem

in-

inter philosophandum agere solet, non quid sibi placeret, sed quid quæstioni solvendæ esset convenientissimum proposuisse videtur.

In libris demum de natura deorum x) veram suam de iis, quæ in mysteriis proponerentur sententiam, sub persona Cottæ academici proposuisse videtur. „Ab Euhemero, ait Cotta, et mortes, et sepulturæ demonstrantur Deorum. Utrum igitur hic confirmasse religionem videtur, an penitus sustulisse?” jam Cotta, recordatus, similia quædam representari in mysteriis, veritusque, ne impietatis argueretur, subjungit „omitto Eleusina sanctam illam et augustam

Ubi initiantur gentes orarum ultimæ
prætereo Samothraciam, eaque

— — — Quæ Lemni

Nocturno aditu occulta coluntur

Silvestribus sæpibus densa.

Quibus explicatis, ad rationemque revocatis, rerum magis natura cognoscitur quam Deorum.” Licet igitur per se pateret mysteriorum rationem; qua deos non solum demortuos fuisse, verum etiam revixisse tradebatur;

ab

x) De nat. Deor. lib. 1. cap. 42.

ab illa Euhemeri, quæ dii populares modo veluti homines spectabantur defuncti, valde distare: tamen, ut omnis removeretur calumnia, additum est: representationes mysticas juxta placita theologiæ physicæ esse explicandas.

Physicam quoque res mysticas interpretandi rationem Diodorus Siculus persequitur. „Certum est, ait, a poetis antiquis et fabulatoribus, Cereris nomine terram matrem designari. Et consentanea his sunt, quæ Orphicis carminibus indicantur, et quæ mysteriorum cæremoniis exhibentur. quæ singulatim profanis referre nefas est. Pari modo etiam Semelis partum naturalibus principiis acceptum referunt y).” Affert præterea, non quidem se vidisse, sed fama esse vulgatum: homines initiatos pietate atque justitia auctiores evadere, et salutarem deorum mysticorum præsentiam, inopinatumque in periculis auxilium sæpius experiri z). Idem vero narrat a): illa initiorum genera, quæ apud Athenienses aliosque populos summa celarentur cautione, in Creta pro-

poni

y) Biblioth. lib. 3. cap. 62. p. 231 ed. Weffeling.

z) Ibid. lib. 5. cap. 49. p. 370.

a) Ibid. lib. 5. cap. 77. p. 393.

poni cuivis, qui ea suscipere studeret. Jam quomodo doctrina nullis præter mystas una in regione esset cognita, quæ altera in regione, nec longinqua, nec ignota, omnibus proponeretur. Si vero sumimus: mysteria scenicis maxima ex parte constitisse representationibus; omnis evanescet difficultas. Representationes enim, quæ exiguo apparatu exhibitæ, nullum habent effectum, maximam, si summis instrumentur sumtibus, admirationem desideriumque veluti res prorsus novæ ac inauditæ excitabunt.

Hinc quoque sequentia Arriani verba commode explicantur b). „Quid aliud facis homo (qui temere doctoris munus capes) nisi Cereris mysteria divulgas, et ais: ædes est Eleusine, ecce et hic: ibi sacrorum antistes, et ego faciam antistitem: ibi præco, et ego præconem instituem: ibi tædifer, et ego tædiferum: ibi faces et hic. Voces eadem et res, quid differunt hæ ab istis? Homo impiissime, nihilne differunt? Pro ratione loci et temporis ista profunt; tum vero adhibito sacrificio, adhibitis precibus, castitate, animoque sic adfecto, ut cogitet homo, ad sacra se accessurum vetustasque cæremonias. Sic

utilia

b) Arrian. dissert. epictet. lib. 3. cap. 21.

utilia fiunt mysteria: sic cogitare possumus erudiendæ et corrigendæ vitæ causa esse omnia ista a veteribus instituta. Tu vero ea enuntias, et effutis, alieno tempore, alieno loco, sine sacrificiis, absque castimonia, non ea tibi vestis est, quæ sacrorum antistitem deceat, non coma, non redimiculum, quæle requiritur, non vox, non ætas, nec caste vixisti ut ille, sed cum solas voces memoriæ mandaveris, dicis, sacræ sunt illæ voces ipsæ per sese." Intellexit nempe vir prudentissimus omnem mysteriorum vim non ex ulla doctrinæ cujusdam arcana præstantia sed ex summa in toto apparatu magnificentia esse derivandam.

Seneca philosophus sapientiam initiis, quibus nonnulla deorum simulacra epoptis exhibebantur, magnopere prætulisse videtur hæc in verba erumpens c). „Sapientia totius naturæ notitiam ac suæ tradit. Qvod sint Dii, qualesque declarat, quid inferi, quid lares et genii. Hæc ejus initiamenta sunt, per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium Deorum templum, mundus iste, referatur! cujus vera simulacra verasque facies cernendas

men-

c) Epistol. 90.

mentibus protulit. Nam ad spectacula tam magna hebes visus est. Ad initia deinde rerum redit, et æternam rationem toti inditam, et vim omnium feminum singula proprie figurantem." Alio quidem loco idem autor comparationem instituit d) inter notitiam rerum naturæ et traditionem sacrorum. „Non semel, ait, quædam sacra traduntur. Eleusis servat, quod ostendat reviventibus. Rerum natura sacra sua non semel tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo ejus hæremus. Illa arcana (naturæ) non promiscue nec omnibus patent: reducta et in interiore sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud hæc ætas, aliud, quæ post nos subibit, adspiciet." Facile vero patet autorem de parvis cogitasse mysteriis, quibus aditus ad majora percipienda aperiretur, et tantummodo hanc in sacris tradendis successione cum notitia rerum naturæ a parvis initiis ad majora procedente comparasse.

Neque magis ad rationem mysteriorum perspiciendam rhetores, Dio Chryostomus et
 Aelius

d) Nat. quæst. lib. 7. cap. 31.

e) Dio. Chryostom. orat. 12. de cognitione Dei. p. 202 edit. Morellii.

Ælius Aristides conferunt, licet in rebus mysticis commemorandis disertiores. Dio quidem asserit: homines ex rerum mundanarum pulchritudine, ordine, atque in tantis vicissitudinibus disciplina, non posse non judicare: esse aliquem, qui præsit, et cui pareatur. „Res, inquit, fere similiter sese habet, ut si quis homo Græcus aut Barbarus traderetur ad initiandum, in mysticum quoddam templum pulchritudine et magnitudine præstantissimum; illicque multa videret arcana spectacula, multasque audiret voces, apparerentque vicissim illi lux et tenebræ, cæteraque plurima fierent, et si (quemadmodum consueverunt initiantes facere initiandis) in throno collocatus circumfultantes videret; an hunc virum nihil animo affici verosimile esset, neque suspicari, quod ea, quæ fiunt, consilio et apparatu fiant sapientiori: etiam si sit ex remotissimis et innominatis barbaris, nullumque habeat expositorem ac interpretem præsto, sed animam duntaxat humanam.” Inde rursus sermonem transferens ad mundum ostendit, quod multo magis unusquisque statuatur necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari. Non igitur sententiæ quædam in mysteriis traditæ cum iis comparantur,

tur, quas rerum naturæ contemplatio animis admovet notitias; sed mira in tanto spectaculorum, saltationum representationumque tumultu disciplina summo ordini, in tantis totius universi motibus servato, simillima judicatur.

Porro in oratione sua Borysthenica hæc habet f). „Videtur poeticum genus non prorsus aberrare a sacris sermonibus, neque ex conjectura loqui, neque pure tamen rerum divinarum mentionem facere juxta ritum legemque initiatorum, neque scire de universo deque veritate manifestum quicquam, sed plane videtur simile esse mysteriorum ministris, qui foris stant prope ostia, et vestibula exornant, arasque in propatulo et similia apparant, neque unquam intro ingrediuntur g). — Proinde, uti, sicut dixi, eos, qui prope mysterium aliquod commorantur, verosimile est eorum, quæ intus geruntur, aliquid sentire, vel verbum unum exclamatum mysticum, vel ignem clare apparentem, ita et poetis interdum (dico autem de antiquissimis) vox aliqua a Musis advenit brevis, afflatusque aliquis divinæ naturæ et veritatis.

f) Orat. 36. p. 443 edit. Morell.

g) Omnibus servis sacrorum perceptio erat interdicta.

tatis. Qvi autem post hos exsisterunt, in scenam et theatrum suam ferentes sapientiam, profani profanis frequenter ediderunt imperfecta orgiorum specimina, cumque essent vulgo admirationi, conati sunt ipsi turbam initiare, revera Baccharum scenas quasdam temulentas conglutinantes in tragicis quibusdam triviis (εν τραγικοις τριστοις). Hi igitur omnes poetæ juxta hæc primum maximumque Deum patrem vocant (quod nomen omne genus ratione utens complectitur) præterea et regem h)." Hic locus ad evincendum, quod doctrina arcana, (non quidem de Deo uno sed de summo quodam numine), mystis fuerit tradita, aptior videri posset; sed quæ hic formulis de re mystica desumptis commemorantur sacra, non sunt mystica, sed initiamenta philosophiæ. In sequentibus enim dicit autor se quædam ex reconditis mysteriis enarraturum (απορρηταις τελεταις) subjungit dein hæc e doctrina magorum esse hausta. Ipse quoque eas afferens sententias, quas in sacris doceri asseruerat, satis ostendit, se hic non

mys-

h) Ουτοι δε εν παντες οι ποιηται κατα ταυτα τον πρωτον και μεγαιστον θεον πατερα μαλιστα, συλληβαν απαντος τε λογικου γενους και δε και βασιλεα.

mystam agere Eleusinium, quippe cui altius de rebus sacris silentium curæ cordiqve esse soleret.

Non mirum est AElium Aristidem, qui monodiam conscripsit super templo Eleusinio igne combusto, omnes mysteriorum laudes rhetorum more auxisse in majus. Ille igitur „neminem, asserit, Græcorum aut barbarorum tam incultum esse et peregrinum, qui non commune terræ delubrum duceret Eleusina, quod omnia, quæcunqve essent inter homines divina, horrore simul et pulchritudine antecelleret i). Conventus hujus fructum non tantum in præsentis animi tranquillitate esse positum; sed quod post mortem se melius habituros sperarent, nec in tenebris ac luto cum profanis esse commoratos k).” Ex declamationibus hujusmodi, non quæ vera fuerit mysteriorum ratio, sed quales mystis placuerint loqvendi formulæ, colligere fas est.

Adhuc locus singularis ex dialogo quodam Luciani l) in mediam proferri solet. Momus „pudet me, ait, ciconias percensere, et
simias,

i) Orat. Eleusin. edit. Jebb. p. 256.

k) Ibid. p. 258.

l) Deorum concilio p. 1098 edit. Bourdelot.

simias, et hircos, atque his longe absurdiora, quæ nescio quomodo ex Ægypto in coelum usque conscenderunt. Illa itaque o Dii, quomodo sustinetis æquali vobiscum honore aut etiam amplius adorari? Aut tu Jupiter, quomodo ferre potes animo, postquam arietis cornua tibi produxerint? „Jup.” Turpia profecto sunt, quæ dicis de Ægyptiis, attamen pleraque illorum in se mystica complectuntur ænigmata, quæ non prorsus a profanis deridenda sunt. „Mo.” Plane nobis Jupiter opus est mysteriis, ut Deos Deos esse cognoscamus; et caninis capitibus præditos, canes esse intelligamus.” Ista vero Jovis responsio modo indigitat, quod in mysteriis fuerit explicatum (cosmogoniis forte hymnisque mysticis decantatis) cur animalibus quibusdam divinus contigerit honos, et quam ob causam Dii sub larvis ferinis fuerint representati. Momus respondet: nulla explicatione egere, quod animalia distarent diis. Si systema Euhemeri in mysteriis fuisset traditum, hanc diis irridendi occasionem Momus nequaquam prætermisisset.

Dionysius autem Halicarnassensis suo docet exemplo non omnes homines cultiores in laudibus mysteriorum conspirasse; ita enim ille m).

le m). „Nullus dies festus apud Romanos atratus aut lugubris agitur, habens planctus et luctus muliebres ob deos raptos, ut a Græcis fit in Proserpinæ raptu, et in Bacchi casibus atque alia hujusmodi. Neque quispiam videt apud eos (quamvis mores jam sint depravati) aut homines numine afflatos, aut furores corybanticos, aut coetus clandestinos, aut bacchanalia et mysteria occulta, aut vigilias nocturnas virorum cum mulieribus in templis mixtorum, aut ullum aliud istiusmodi monstrum. Ne quis tamen existimet me ignorare, aliquas fabulas græcas hominibus esse utiles: alias quidem, quod naturæ opera per allegorias demonstrent; alias vero, quod ad humanarum calamitatum consolationem compositæ fuerint: alias vero, quod eximant animi perturbationes et terrores, et non sanas opiniones evellant. Sed licet hæc ego æque bene atque alius quivis sciam, tamen in istis caute me gero, et Romanorum theologiam potius probo: cogitans, commoda, quæ ex Græcis fabulis proveniunt, parva esse, nec
mul-

m) Dionys. Halicarn. antiqv. Rom. lib. 2. cap. 19. vol. 1. p. 273. seqv. edit. Reisk. Euseb. præpar. evang. lib. 8 cap. 8.

multis prodesse posse; sed iis tantum, qui in causas, cur illæ compositæ fuerint, inquirunt. Pauci autem sunt, qui hujus philosophiæ sunt participes: sed vulgaris turba, quæ magna est, quæque hujus philosophiæ est imperita, solet in deteriorem partem accipere, quæ de illis dicuntur: eiqve horum alterum accidere solet, vel ut deos contemnat, ut magna infelicitate implicitos; vel ut a nullis foedis facinoribus abstineat, cum ea diis ipsis usque adeo familiaria fuisse videat."

Contendit itaque autor gravisimus, qui sermones cum hominibus initiatis quotidianos conferere potuit, in pervigiis Cereris aliisque mysteriis narrationes de diis circumferri per absurdas, earum forte dari explicationem haud improbabilem, quæ vero tantummodo ab iis intelligeretur, qui non solum in templum mysticum sed in ipsius philosophiæ adytum penetraverint. Unde, sequitur ex sententia Diodori non ipsos mystas sed solos philosophos intellexisse rituum mysticorum vim, atque in ipsis mysteriis res mysticas haud fuisse explicatas. Hinc etiam Demetrius Phalereus n) mysteria dixit

n) In libro de elocutione sect. 101.

dixit allegoriis tradi involuta, ad animos stupore et horrore percellendos, tanquam in tenebris et nocte o).

His autoritas quoque accedit Plutarchi, contendentis p): nil in mysteriorum traditione cum demonstratione afferri, nec fidem argumentis conciliari. Detestatur autem vir ille, omnium fere sacrorum particeps, sententiam eorum, qui sacra Ifidis Osiridisque, quorum non parva ea ætate cum Eleusiniis similitudo q) ex antiquis historiis explicare conati sunt. „Vereor, ait r), ne hoc sit immobilia movere, et bellum inferre multis hominibus, gentibus et familiis, quas religiosus horum deorum cultus quasi furore divino correptus tenuit, atque magnas aperire valvas impiæ turbæ.” Vulgares quoque opiniones, quibus vel aeris secundum anni partes mutationibus, vel frugum procreationi, sementi, arationi, narrationes de diis

mys-

o) Add. Sopater in divif. quæst. edit. Ald. p. 339. διδασκειν ἃ παρα των θεων δι αυιγµατων μεμαθηκεν (εν απορρητω τελετη).

p) De oraculorum defectu cap. 22. p. 497. vol. 2. edit. Wyt.

q) De Ifid. et Ofir. cap. 25. p. 329.

r) Plut. de Ifide et Ofir. cap. 23.

bæi a) excitato, quo vita veluti quædam fistitur sacrorum initiatio, hæc affert. „Mortis affectum subire simile est initiatione in magnis aliquibus sacris. Quocirca, ut ipsa vocabula, sic etiam res inter se consimiles sunt: *τελευταν* mori *τελεται* sacra et *τελεισθαι* initiari. Primum errores vitam occupant et discursus fatigantes, ac veluti per tenebras itinera suspecta et infinita sunt. Dein ante finem vitæ nihil non grave supervenit, horror, tremor, sudor ac stupor. Post mortem vero mirabilis quædam lux occurrit, aut loci puri et amoena prata defunctos excipiunt, in quibus choreæ et venerabiles de rebus sacris narrationes resonant: illic homo jam perfectus, initiatus, sui juris factus et liber, coronatus obambulans sacra celebrat, et conversatur cum viris sanctis purisque; profanam in terra et impuram turbam inspiciens, quæ in coeno et caligine a se ipsa conculcatur, et compellitur.” Si pompæ verborum demas id, quod comparationi illustrandæ inservit, manet (quod jam ex Dione didicimus) initiandos primum degisse in tenebris,
mul-

a) Sermon. 119. confr. Wyttembach de fera uuminis vindicta ad calcem.

multiformi larvarum specie perterritos, deinde ad scenam pervenisse splendidissimam, et lætis epoptarum tripudiis fuisse cinctos, atque voces quasdam sacras ab hierophante audivisse prolatas: antiquas opinor deos invocandi formulas, superstitione sacrosanctas, quales *πετραῖμα* apud Phoenæas, lapidibus insculptas, conservasse fertur b).

Neque igitur in Plutarcho, neque in scriptoribus eo antiquioribus ulla reperire licuit vestigia disertioris de rebus divinis doctrinæ in mysteriis propositæ; multo minus evictum fuit, doctrinam arcanam religionem civilem sustulisse. Neque tamen plane negarem, aliquid in sacris mysticis ore fuisse traditum. Datae sunt voces mysticæ, quibus velut tesseriis mystæ se invicem dignoscerent. Cujus generis sunt nota illa: ex tympano comedi, bibi ex cymbalo, cernum gustavi, me in thalamum clam insinuavi c)" et rursus: jejunavi, cinnum ebibi, accepi e cista, operatus in calathum
re-

b) Pausan. lib. 8. cap. 15.

c) Clem. Alexand. cohort. p. 14 edit. Potter.

punico contaminarentur, neve morticinum attingerent p); jejunium porro et castitatem festis observarent diebus q).

Cum vero mystica de moribus præcepta, nullo sacro obstricta silentio, profanis quoque innotuerint r), sequitur, non nisi initiationum tesseras, hymnos et mythicas de diis narrationes ad res reconditas trahi posse. In hac rursus farragine sententias de diis rerum terrenarum dominis, et de poenis præmiisque in altera vita reportandis, quæ forte allego-riarum representationumque ambagibus significatæ fuerunt, haud jure dixeris arcanas; quippe quæ per omnem Græciam jam dudum essent pervulgatæ. Ne istæ quidem de amoribus Iovis, raptu Proserpinæ erroribusque Cereris narrationes fabulosæ, si-ve veterum fuerint historiarum reliquæ, si-ve

p) Porphyr. de abst. lib. 4. cap. 16. Artemidor. oneirocritica. lib. 1. cap. 75.

q) Arrian. dissert. Epictet. lib. 3. cap. 21.

r) Senec. epist. 95 ad fin. Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia, arcana illa admis-
sæ et receptis in sacra ostenduntur, at præcepta et alia hujusmodi profanis quoque nota sunt. Add, Liban. declam. 19. p. 494. D. ed. Morell.

five rudioris cosmogoniæ vestigia præ se tulerint, nequaquam sola Eleusiniorum sollennitate Græcis fuerunt tradita; sed jam dudum, maxima saltem ex parte; decantata hymnis, spectata theatris, exsculpta marmoribus, in porticibus explicata, omnem permeaverant Græciam.

Quid igitur in mysteriis vere arcanum? Si voces demas mysticas v. c. *υιε τοκυιε* s), *κογξ ομπαξ* t), atque symbola v. c. membrum virile u) sesamas, pyramidas, glomos, placentas, grana salis, atque alia sacrorum crepundia v) omnino nihil x).

Egregie huic opinioni conveniunt, quæ narrantur de mysteriorum profanatoribus,
quo-

s) Proclus in Timæum citante Meursio in Eleuf. cap. 30.

t) Hesych. ad voc.

u) Tertull. adv. Valentin. initio Diodor. Sicul. biblioth. lib. 1. §. 22. p. 26. ed. Wesseling.

v) Clem. Alex. cohort. p. 19.

x) Ex mysteriis Eleusiniis originem suam mystæ recentiores deducere gestiunt, et magnam initiationum suarum cum istis subinde jactant similitudinem. Quid, si forte in simili rerum, quæ reticeantur, gravitate versaretur similitudo?

simias, et hircos, atque his longe absurdiora, quæ nescio quomodo ex Ægypto in coelum usque conscenderunt. Illa itaque o Dii, quomodo sustinetis æquali vobiscum honore aut etiam amplius adorari? Aut tu Jupiter, quo ferre potes animo, postquam arietis cornua tibi produxerint? „Jup.” Turpia profecto sunt, quæ dicis de Ægyptiis, attamen pleraque illorum in se mystica complectuntur ænigmata, quæ non prorsus a profanis deridenda sunt. „Mo.” Plane nobis Jupiter opus est mysteriis, ut Deos Deos esse cognoscamus; et caninis capitibus præditos, canes esse intelligamus.” Ista vero Jovis responsio modo indigitat, quod in mysteriis fuerit explicatum (cosmogoniis forte hymnisque mysticis decantatis) cur animalibus quibusdam divinus contigerit honos, et quam ob causam Dii sub larvis ferinis fuerint representati. Momus respondet: nulla explicatione egere, quod animalia distarent diis. Si systema Euhemeri in mysteriis fuisset traditum, hanc diis irridendi occasionem Momus nequaquam prætermisisset.

Dionysius autem Halicarnassensis suo docet exemplo non omnes homines cultiores in laudibus mysteriorum conspirasse; ita enim ille m).

le m). „Nullus dies festus apud Romanos atratus aut lugubris agitur, habens planctus et luctus muliebres ob deos raptos, ut a Græcis fit in Proserpinæ raptu, et in Bacchi casibus atque alia hujusmodi. Neque quisquam videt apud eos (quamvis mores jam sint depravati) aut homines numine afflatos, aut furores corybanticos, aut coetus clandestinos, aut bacchanalia et mysteria occulta, aut vigiliis nocturnas virorum cum mulieribus in templis mixtorum, aut ullum aliud istiusmodi monstrum. Ne quis tamen existimet me ignorare, aliquas fabulas græcas hominibus esse utiles: alias quidem, quod naturæ opera per allegorias demonstrent; alias vero, quod ad humanarum calamitatum consolationem compositæ fuerint: alias vero, quod eximant animi perturbationes et terrores, et non sanas opiniones evellant. Sed licet hæc ego æque bene atque alius quivis sciam, tamen in istis caute me gero, et Romanorum theologiam potius probo: cogitans, commoda, quæ ex Græcis fabulis proveniunt, parva esse, nec
mul-

m) Dionys. Halicarn. antiqv. Rom. lib. 2. cap. 19. vol. 1. p. 273. seqv. edit. Reisk. Euseb. præpar. evang. lib. 8. cap. 8.

multis prodelle posse; sed iis tantum, qui in causas, cur illæ compositæ fuerint, inquirunt. Pauci autem sunt, qui hujus philosophiæ sunt participes: sed vulgaris turba, quæ magna est, quæque hujus philosophiæ est imperita, solet in deteriorem partem accipere, quæ de illis dicuntur: eiqve horum alterum accidere solet, vel ut deos contemnat, ut magna infelicitate implicitos; vel ut a nullis foedis facinoribus abstineat, cum ea diis ipsis usque adeo familiaria fuisse videat."

Contendit itaque autor gravissimus, qui sermones cum hominibus initiatis quotidianos conferere potuit, in pervigiis Cereris aliisque mysteriis narrationes de diis circumferri perabsurdas, earum forte dari explicationem haud improbabilem, quæ vero tantummodo ab iis intelligeretur, qui non solum in templum mysticum sed in ipsius philosophiæ adytum penetraverint. Unde, sequitur ex sententia Diodori non ipsos mystas sed solos philosophos intellexisse rituum mysticorum vim, atque in ipsis mysteriis res mysticas haud fuisse explicatas. Hinc etiam Demetrius Phalereus n) mysteria
dixit

n) In libro de elocutione sect. 101.

dixit allegoriis tradi involuta, ad animos stupore et horrore percellendos, tanquam in tenebris et nocte o).

His autoritas quoque accedit Plutarchi, contendentis p): nil in mysteriorum traditione cum demonstratione afferri, nec fidem argumentis conciliari. Detestatur autem vir ille, omnium fere sacrorum particeps, sententiam eorum, qui sacra Isis Osiridisque, quorum non parva ea ætate cum Eleusiniis similitudo q) ex antiquis historiis explicare conati sunt. „Vereor, ait r), ne hoc sit immobilia movere, et bellum inferre multis hominibus, gentibus et familiis, quas religiosus horum deorum cultus quasi furore divino correptus tenuit, atque magnas aperire valvas impiæ turbæ.” Vulgares quoque opiniones, quibus vel aeris secundum anni partes mutationibus, vel frugum procreationi, sementi, arationi, narrationes de diis

mys-

o) Add. Sopater in divif. quæst. edit. Ald. p. 339. διδασκειν ἃ παρα τῶν θεῶν δι' αἰνιγμάτων μεμαθήκειν (ἐν ἀπορρητῷ τελετῇ).

p) De oraculorum defectu cap. 22. p. 497. vol. 2. edit. Wyt.

q) De Isid. et Osir. cap. 25. p. 329.

r) Plut. de Iside et Osir. cap. 23.

multis prodesse posse; sed iis tantum, qui in causas, cur illæ compositæ fuerint, inquirunt. Pauci autem sunt, qui hujus philosophiæ sunt participes: sed vulgaris turba, quæ magna est, quæque hujus philosophiæ est imperita, solet in deteriore partem accipere, quæ de illis dicuntur: eiqve horum alterum accidere solet, vel ut deos contemnat, ut magna infelicitate implicitos; vel ut a nullis foedis facinoribus abstineat, cum ea diis ipsis usque adeo familiaria fuisse videat."

Contendit itaque auctor gravissimus, qui sermones cum hominibus initiatis quotidianos conferere potuit, in pervigiis Cereris aliisque mysteriis narrationes de diis circumferri perabsurdas, earum forte dari explicationem haud improbabilem, quæ vero tantummodo ab iis intelligeretur, qui non solum in templum mysticum sed in ipsius philosophiæ adytum pertraverint. Unde, sequitur ex sententia Diodor non ipsos mystas sed solos philosophos in-
lexisse rituum mysticorum vim, atque in
mysteriis res mysticas haud fuisse explicatas.
Hinc etiam Demetrius Phalereus n) mys-
di-

n) In libro de elocutione sect. 101.

dixit allegonīs traditi involuta, ad animos stupore et honore percellendus, tanquam in tenebris et nocte o).

His auctoritas quoque accedit Plutarchi, contendentis p): nil in mysteriorum traditione demonstrari affirmi, nec fidem argumentis conciliari. Detestatur autem vir ille, qui sacra Isidis Osiridisque, quorum eorum, qui sacra Isidis Osiridisque, quorum non parva ea ætate cum Eleusiniis similitudo q) ex antiquis historiis explicare conati sunt. „Vereor, ait r), ne hoc sit immobilia movere, et bellum inferre multis hominibus, gentibus et familiis, quas religiosus horum deorum cultus quasi furore divino correptus tenuit, atque magnas aperire valvas impiæ turbæ.” Vulgares quoque opiniones, quibus vel aeris seminum anni partes mutationibus, vel frugum creationi, sementi, arationi, narrationes de

o) Add. Sopater in divit. quasi. edit. *ἢ παρα τῶν θεῶν δι' αἰνιγμάτων τελετη*).

p) De oraculorum defectu cap. 27.

q) De Isid. et Osir. cap. 27.

r) Plut. de Iside et Osir.

mysticis accommodarentur s); vel in affectiones virtutesque singuli transcriberentur dii t), plane respuit veluti pietati molestas. Facile vero patet quibus de causis ille, qui mysteria cum omni deorum cultu arctissime nexa esse crederet u) has repudiaverit interpretationes.

Ipse quidem ponit v) „in misteriis sacrificiis tam barbaris quam græcanicis significari, neque universum casu ferri, et fortuna pendere ratione ac gubernatrice destitutum; neque unicam esse rationem, quæ contineat id atque dirigat; sed omnia ad duo principia contraria esse referenda, alterum bonum, alterum malum.” Addit vero: „hanc sententiam non arcanam esse, sed opinionem, autore incognito, fide firma atque indelebili, a professoribus rerum sacrarum et legumlatoribus derivatam, atque sermonibus rumoribusque vulgatam.” Cum

vero

s) Ibid. cap. 65. p. 573.

t) Plin. amor. cap. 13. p. 24 vol. 4. ed. Wyttemb. Alio loco interpretationes improbat Stoicorum, qui id, quod per tellurem ac fruges penetrat Cererem ac Proserpinam, quod mare permeat, Neptunum nominaverunt. De Iside et Osir. cap. 40. p. 347.

u) Plut. adv. Coloten cap. 22. p. 381 vol. 5.

v) De Iside et Osir. cap. 45. p. 352.

vero esset sacrorum avitorum religiosissimus observator, et se miris torqueret modis, ut traditiones priscas placitis philosophiæ jungeret x); cupide in hypothesein delatus est, quæ assumebatur, dari aliquod geniorum sive dæmonum genus, medio inter deos et homines loco constitutum; geniorum alios esse majores, alios minores, alios bonos, alios malos, hisque omnia illa accepta referenda esse, quæ haud commode satis in deos majorum gentium caderent y). Hac igitur opinione imbutus, multasque in sacris ritibus res deorum adversas, quæ non commode satis interpretationem admitterent allegoricam, representari animadvertens; multa in sacris mysticis ad naturam geniorum plenius intelligendam contineri vestigia atque indicia, profanis reticenda, jure suo contendere potuit z).

Nobili denique loco in sermonibus Sto-
bæi a)

- x) Exempla affert Eusebius in præpar. evangel. lib. 3. cap. 1. ex libro Plutarchi deperdito de Plataënsibus Dædalis.
- y) Hujus opinionis autorem plures quam ipsum Platonem solvisse difficultates contendit de oracul. defectu cap. 10, 480. vol. 2.
- z) De oraculor. defectu cap. 13, 14, 15. De facie in orbe Lunæ cap. 30. p. 546. De Iride cap. 25. p. 229 vol. 2.

bæi a) excitato, quo vita veluti quædam sistitur sacrorum initiatio, hæc affert. „Mortis affectum subire simile est initiatione in magnis aliquibus sacris. Quocirca, ut ipsa vocabula, sic etiam res inter se consimiles sunt: τελευταν mori τελεται sacra et τελεισθαι initiari. Primum errores vitam occupant et discursus fatigantes, ac veluti per tenebras itinera suspecta et infinita sunt. Dein ante finem vitæ nihil non grave supervenit, horror, tremor, sudor ac stupor. Post mortem vero mirabilis quædam lux occurrit, aut loci puri et amoena prata defunctos excipiunt, in quibus choreæ et venerabiles de rebus sacris narrationes resonant: illic homo jam perfectus, initiatus, sui juris factus et liber, coronatus obambulans sacra celebrat, et conversatur cum viris sanctis purisque; profanam in terra et impuram turbam inspiciens, quæ in coeno et caligine a se ipsa conculcatur, et compellitur.” Si pompæ verborum demas id, quod comparationi illustrandæ inservit, manet (quod jam ex Dione didicimus) initiandos primum degisse in tenebris,
mul-

a) Sermon. 119. confr. Wyttembach de sera auminis vindicta ad calcem.

multiformi larvarum specie perterritos, deinde ad scenam pervenisse splendidissimam, et lætis epoptarum tripudiis fuisse cinctos, atque voces quasdam sacras ab hierophante audivisse prolatas: antiquas opinor deos invocandi formulas, superstitione sacrosanctas, quales *πετραμα* apud Phoenæatas, lapidibus insculptas, conservasse fertur b).

Neque igitur in Plutarcho, neque in scriptoribus eo antiquioribus ulla reperire licuit vestigia disertioris de rebus divinis doctrinæ in mysteriis propositæ; multo minus evictum fuit, doctrinam arcanam religionem civilem sustulisse. Neque tamen plane negarem, aliquid in sacris mysticis ore fuisse traditum. Datæ sunt voces mysticæ, quibus velut tesseriis mystæ se invicem dignoscerent. Cujus generis sunt nota illa: ex tympano comedi, bibi ex cymbalo, cernum gustavi, me in thalamum clam insinuavi c)" et rursus: jejunavi, cinnum ebibi, accepi e cista, operatus in calathum
re-

b) Pausan. lib. 8. cap. 15.

c) Clem. Alexand. cohort. p. 14 edit. Potter.

punico contaminarentur, neve morticinum attingerent p); jejunium porro et castitatem festis observarent diebus q).

Cum vero mystica de moribus præcepta, nullo sacro obstricta silentio, profanis quoque innotuerint r), sequitur, non nisi initiationum tesseras, hymnos et mythicas de diis narrationes ad res reconditas trahi posse. In hac rursus farragine sententias de diis rerum terrenarum dominis, et de poenis præmiisque in altera vita reportandis, quæ forte allego-riarum representationumque ambagibus significatæ fuerunt, haud jure dixeris arcanas; quippe quæ per omnem Græciam jam dudum essent pervulgatæ. Ne istæ quidem de amoribus Iovis, raptu Proserpinæ erroribusque Cereris narrationes fabulosæ, siue veterum fuerint historiarum reliquæ,
siue

p) Porphyr. de abst. lib. 4. cap. 16. Artemidor. oneirocritica. lib. 1. cap. 75.

q) Arrian. dissert. Epictet. lib. 3. cap. 21.

r) Senec. epist. 95 ad fin. Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia, arcana illa admisis receptisque in sacra ostenduntur, at præcepta et alia hujusmodi profanis quoque nota sunt. Add, Liban. declam. 19. p. 494. D. ed. Morell.

five rudioris cosmogoniæ vestigia præ se tulerint, nequaquam sola Eleusiniarum sollennitate Græcis fuerunt tradita; sed jam dudum, maxima saltem ex parte, decantata hymnis, spectata theatris, exsculpta marmoribus, in porticibus explicata, omnem permeaverant Græciam.

Quid igitur in mysteriis vere arcanum? Si voces demas mysticas v. c. *υιε τοκυιε* s), *κογξ ομπαξ* t), atque symbola v. c. membrum virile u) sesamas, pyramidas, glomos, placentas, grana salis, atque alia sacrorum crepundia v) omnino nihil x).

Egregie huic opinioni conveniunt, quæ narrantur de mysteriorum profanatoribus,
 quo-

s) Proclus in Timæum citante Meursio in Eleuf. cap. 30.

t) Hesych. ad voc.

u) Tertull. adv. Valentin. initio Diodor. Sicul. biblioth. lib. 1. §. 22. p. 26. ed. Wesseling.

v) Clem. Alex. cohort. p. 19.

x) Ex mysteriis Eleusiniis originem suam mystæ recentiores deducere gestiunt, et magnam initiationum suarum cum istis subinde jactant similitudinem. Quid, si forte in simili rerum, quæ reticeantur, gravitate versaretur similitudo?

quorum nemo unquam aliquid *διδασκτικων* protulisse commemoratur. Fertur quidem Diagoras Melius, quod mysteria Samothracia Eleusiniis simillima publico sermone traduxisset, hostem Græciæ communem esse declaratum, proposito argenti talento, si quis vel adduxisset vivum, vel interfecisset y). Sed viri impietas in eo constitit, quod nonnulla putida, ad res sacras pertinentia, imprimis Jacchum mysticum subfannaverit, atque homines a sacris suscipiendis fuerit dehortatus. Eandem ob causam Aristagoras, municipalis Diagoræ, simili infamia notatus fuisse videtur z). In celeberrima Alcibiadis Andocidisque causa id tantummodo præter Hermas mutilatas crimini reis est datum: quod in domo Polytionis sacra Eleusinia per mimum agerent, ita ut, unus hierophantæ, alter daduchi, tertius hierocerycis partibus jocosè defungeretur a). Hac impietate nulla

la

y) De Diagora cnfr. Lyfias in orat. cont. Andoc. p. 111-112 edit. Taylor. Athenag. p. 300, ed. Bened. et schol. Aristoph. Aves. v. 1073. Ran. 323. Nub. 828.

z) Schol. Aristoph. Nub. v. 828. Suidas ad voc. *Σωκράτης*. Cnfr. Sainte Croix. p. 158.

a) Andocid. de myster. p. 7. vol. 4. ed. Reisk. Lyfias cont. Andoc. p. 129 ed. Taylor. Plutarch. in vita Alcibiadis.

la excogitari potuit major, nulla in sanctitatem mysteriorum magis injuria.

Hinc porro optime intelligitur, quomodo factum sit, quod mystæ iidemque religiosissimi præcipuam mysteriorum rationem suis in scriptis explicare tentaverint b); quod porro absque ulla dubitatione antiquam deorum deorumque historiam varia ex parte proposuerint. Scilicet in rebus hujusmodi, quæ nec ad ritus nec ad symbola pertinebant, omnia uniuscujusvis arbitrio erant derelicta. Ubi rursus sermo ad ritus, symbola, deorumque mysticorum nomina deflectere videbatur, mox in promptu erat formula: *ευστομα μοι κεισθω*. Si vero loca, in quibus aliquid reticendum esse a vetustis commemoratur scriptoribus, accurate perlustramus, ea fere omnia quæstiones tam futiles attingere animadvertemus, ut nullo litterarum damno accidisse fatendum sit, quod omnia hæc æterna premantur caligine.

Restat, ut quæstiones nonnullæ, quæ hic
in-

b) V. c. Varro apud Augustin. de civit. Dei lib. 7. cap. 20. 28. Plutarchus in toto libro de Iside et Osiride.

in medium proferri soleant, juxta nostram opinionem breviter expediamus. Cur nimirum huic ceremoniarum farragini philosophorum haud pauci tantam tribuerint auctoritatem? Quae ratione altum de rebus mysticis silentium tantum cum religiositate fuerit servatum? Quales denique mysteriorum origines, et unde repetendae. Harum quaestiones duae priores solutionem admittunt historicam, ultima, spissis obfusa tenebris, e moribus genioque populorum priscorum utcunqve enodanda.

Quamvis igitur augusta illa Eleusinia nihil reconditi, quod scitu esset dignum, continuisse hactenus evicimus; ex altera tamen parte largimur, ad feros priscorum hominum mores emolliendos haud exiguum quid initiationum attulisse solennia. Ab antiquis inde temporibus exigebatur ab initiandis, ut non solum graeca uterentur voce, sed etiam manibus essent puri, nullo scilicet scelere, nullo impio deorum cultu polluti. Accedente cultura plura ab initiandis requirebantur. Ita saeculo secundo proclamavit praeco, quicumque est purus ab omni scelere, et cuicumque est anima nullius mali sibi conscia, et quicumque bene et juste vixit,

sacra

facra accipiat lustralia c).” Inculcatum igitur est feris animis maxima magnarum dearum sacra non nisi cum pietate esse suscipienda. Porro, dum ipsa peragebatur initiatio, exauditæ sunt gnomæ antiquissima de moribus præcepta continentibus d); quæ tanto graviores in animis relicturæ erant aculeos, quanto majori cum apparatu proferebantur. Inprimis in mysticis inferorum representationibus hierophanta initiandos, spectaculorum miraculis attonitos, monuisse videtur: justitiam discerent, nec temerent divos. Neque ullo modo improbabile est de vita futura spem metumque propter varia illa, quæ oculis subjicerentur spectacula, altissimas in animis initiatorum egisse radices nunquam deinceps evellendas. Tandem conventus publici, sacra communia, terrorum gaudiorumque inter initiandum societas, mixtæ saltationes atque ludi solennes, Eleusine magis, ob maximam et urbis et templi famam, quam aliis in locis ferocem lenire populum et quædam humanitatis initia animis instillare potuerunt.

Inde

c) Origen. adv. Celf. lib. 3. edit. Spences in 4. p. 147.

d) Augustin de civit. Dei lib. 2. cap. 6, 26.

Inde splendida mysteriorum encomia a Cicero-
ne aliisque prolata facile explicantur.

Quod mystæ se jurisjurandi religione ad
arcana celanda obstrinxerint, idoneis vix evin-
citur argumentis e). Satis vero constat mysta-
gogum initiandis initiatisque gravissimum taci-
turnitatis officium identidem inculcasse. Hujus
præcepti religiosissime servati causæ in aliis
aliæ. Plebs Attica ex arcano Cereris cultu sa-
lutem publicam esse suspensam, atque myste-
riorum contemptores poenas numinibus iratis
gravissimas duros esse credidit. Hinc non so-
lum latæ sunt leges, juxta quas mysteriorum
profanatores capite plectebantur f), verum
etiam superstitio animos terrore implevit, ne
quis voce vel gestu deas offenderet mysticas.

Græ-

e) Firmicus quidem Maternus in Astrol. lib. 7 in lim. hæc
habet. „Cum ignotis hominibus Orpheus sacrorum cære-
monias aperiret, nihil aliud ab iis, quos initiabat, in
primo vestibulo nisi jurisjurandi necessitatem et cum ter-
ribili quadam autoritate religionis exegit, ne profanis au-
ribus inventæ ac compositæ religionis secreta panderen-
tur.” Præter hunc vero sæculi quarti scriptorem anti-
quiora recentioribus permiscens nullibi jurisjurandi my-
stici mentionem factam esse reperi, neque sacrorum pro-
fanatores dicti sunt perjuri.

f) Sopater in divif. quæst. edit. Ald. p. 335.

Græcorum igitur philosophi, quorum fere omnium scholæ præcipuæ habebantur Athenis, non nisi summa cum cautione res mysticas attingere. Deinceps ubi inter Romanos philosophari coeptum est, de mysteriis in utramque partem disputabatur. Ipsa quidem legum Eleusiniarum severitas Romanorum sub imperio fuit imminuta g). Mansit autem superstitiosus, qui animos occupaverat, terror; ut multi cum Horatio dixisse videantur h).

— — — Vetabo, qui Cereris sacrum
 Vulgarit arcanae, sub iisdem
 Sit trabibus, fragilemve mecum
 Solvat phaselum; sæpe Diespiter
 Neglectus incesto addidit integrum.

Quin adeo viri boni honestique esse judicaverunt, quemvis sacra deorum effutientem castigare i). Accessit diligentissimum in Romanis cultioribus litterarum græcarum studium miræ rerum atticarum admirationi junctum. Homines itaque urbani, sacra co-
 len-

g) Helychuis in voc. *εὐνυχός*.

h) Carm. lib. 3. carm. 2. v. 26-29.

i) Lucian. in piscator. p. 212 ed. Bourdelot.

lentes attica, græcam eruditionem superstitione græca præ se ferre studuerunt. Viri autem prudentiores, probe memores, quantum mysterii scrutandi desiderium hominibus inditum sit, quantaque cum vi res inauditæ afficiant animum; tanto minus aliquid rerum arcanarum evulgandum esse censuerunt, quanto lætiora his inprimis ceremoniis incrementa pietatem humanitatemque cepisse existimaverunt. Sæculo secundo ac tertio imminuta quidem fuit Eleusiniarum autoritas, insignis autem in omnibus sacris celandis magis magisque invaluit superstitio *). Sæculo quarto et quinto leges in veneficos, mathematicos, artiumque magicarum participes latæ coegerunt mystas, tenebris initiationes suas altissimis condere. Non mirum itaque est silentium

*) Jamblichus de vita Pythag. edit. Kusteri cap. 17. p. 62. „Nefas est obvio vulgo porrigere ea (philosophemata pythagorica) quæ tantis laboribus comparata sunt, aut profanis Dearum Eleusiniarum mysteria evulgare.” Ibid. cap. 23. p. 88. „Pythagorei juxta legem silentii a Pythagora sancitam secuti sunt morem illum, quæ in celandis apud non initiatos occultandisque divinis mysteriis servari solent. cap. 32. p. 183. Pythagorei dogmata sua inter arcana summo silentio tegebant, ne peregrinis innotescerent, eaque sine scriptura, soli memoriæ commissa, ac si Deorum mysteria essent, ad successores transmittabant.

tium a plerisque fuisse observatum, cum tot tacendi, nullæ autem loquendi adessent causæ.

Nec tamen probabile est, neminem per tantum sæculorum decursum fefellisse fidem. Immo vero, ut antiquiores taceam mysteriorum profanatores, Flaccus et Lucianus innuunt k): esse, qui in circulis arcana Cereris evulgarent. Commemoratur quoque exemplum eunuchi cujusdam epicurei, qui mysteria, quæ præsens deriserat, absens silentii religione vix coluisse videtur l).

Crederem itaque potissima mysteriorum symbola et profanis istius ætatis hominibus, talium scilicet rerum curiosis, innotuisse, et nobis ipsis magna ex parte esse cognita. Jure enim suo Clemens Alexandrinus asseruisse videtur; se præcipua mysteriorum arcana evulgaturum m) cum non modo absurdos de

Ce-

k) Loc. sup. cit.

l) Hesych. loc. sup. cit, cnfr. Sainte Croix. p. 154-161.

m) Dicit. quidem in cohort. p. 11 πκ εξορκησομαι μεν ωσπερ Αλκιβιαδην λεγουσινι at vero εξορκησομαι idem ac κλευαζω. Innuit igitur se rem serio nec Alcibiadis instar jocosè tractaturum, mox enim subjungit" sed tam belle admodum, quidquid sub iis præstigiis latet, nudabo per verbum veritatis.

Cerere enarraverit mythos, verum etiam ipsa mystica symbola in lucem protraxerit.

Primam denique Eleusiniarum originem quod attinet, juxta communem antiquitatis consensum sacrorum ritus ex Aegypto videtur repetendus. In hac quidem regione homines mature admodum vitam ferinam legibus religionibusque emollitos reliquisse constat. Antiquissimos porro terrae incolas, in plures civitates distributos, discrepantia quaedam usurpasse vitae morumque instituta, deosque inprimis diversis coluisse ritibus admodum est probabile n). Si in hac rerum conditione accideret; quod fortuna quaedam secunda his illisve innuere videretur, certas deos invocandi formulas certosque sacrorum ritus ceteris esse efficaciores: inde in summo finitimum odio tenacissimum sacra omnes peregrinos celandi propositum gigni potuit o).

Cum

n) Hinc diu admodum alia alii nomi coluerunt animalia.

o) Exemplum similis superstitionis affert Plin. hist. natur. lib. 28. cap. 4. „in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum cujus in tutela id oppidum esset. Et durat in pontificum disciplina id sacrum, constatque ideo occultatum in cujus Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent.

Cum igitur pompis pro ratione antiquissimæ ruditatis magnificis et operoso cæremoniarum apparatu deos suo inprimis nomen populos reddere Ægyptiorum nonnulli studuerint; religionibus addita est taciturnitas, atque peregrini omnes a vestibulis templorum abacti. Temporis quidem decursu unam in civitatem omnes coaluere nomi, mansit vero pristina in sacris celandis religio antiquitatis præjudicio sacrosancta.

Sequitur inde sacra Ægyptiorum recondita, quibus magnam populi multitudinem interfuisse constat p), a doctrina arcana sacerdotibus propria et origine sua et ipsa re distare. Sacerdotum notitias suas reticendi consuetudinem, omnibus antiquissimis sopheris communem, inprimis e penuria linguarum veterum profectam esse arbitror, qua factum est, ut nulla de rebus ultra rerum sensualium cyclum evectis propositio; nisi tropis exprimi possit durissimis, absque longa meditatione vix intelligendis. Cum itaque sapientium sententiæ verbis haud tradi

pos-

p) Herod. lib. 2. cap. 61, 170.

possent perspicuis, necesse erat, discipuli sese consuetudine et diuturna et quotidiana in animos veluti magistrorum insinuarent; ita ut disciplina plurimis maneret recondita, cujus in sensum nemo nisi magnis studiorum ambagibus penetraret. Usu deinde invaluit, quod necessitate fuerat receptum. Accesit forte tenacitas ista, quam animis rudibus nostra quoque ætate insitam videmus, qua difficulter parata cum aliis absque difficultate communicare nefas esse creditur.

Inde concludimus Eleusinia, in quibus nil traditum fuit *θεωρητικόν*, sed omnia cæremoniis precumque formulis absolvebantur, non ex doctrina sacerdotum arcana sed ex mysteriis popularibus trahere originem. Antiqua vero mysteriorum Ægyptiacorum ratio ex solo petenda Herodoto, qui raro et semper invitus res attingit arcana q). Narrat tantummodo in festis quibusdam mysticis: Ægyptios in honorem Dei seiplos verberare r); aliis porro festis varios numinis cu-

jus-

q) Lib. 2. cap. 3, 47, 65.

r) Lib. 2. cap. 61, 132.

jusdam casus pompa representare mystica s). Ut igitur facile patet intimos mysteriorum ægyptiacorum recessus scrutandi spem omnem esse abjiciendam, ita altera ex parte jure forsitan id saltem colligere licet: partim quod Ægyptii antiquissimi aliorum barbarorum more deos verberibus suppliciiisque humanis placari crediderint; partim quod sacerdotes priscam festorum simplicitatem novis quodammodo auxerint ritibus. Representationes enim mythorum neque in primam mysteriorum originem cadere, neque ex fonte superstitionis plebeicæ ortum duxisse videntur.

Jam vero exules ægyptios, quicumque demum eorum fuerint coloniarum in terram atticam duces, primum quidem peregrinis omnibus exclusis sacra diis ritu patrio instituisse; postea foedere forsitan cum finitimis icto, indigenas quoque in communionem recepisse sacrorum, atque miscuisse superstitiones; denique postquam civitates Græciæ aliorum sacrorum communionem magis coaluerant

r) Lib. 2. cap. 170.

luerant, omnes Græcos ad sua quoque admisisse sacra facile credimus.

Diverſa autem Eleuſiniorum diverſa ætate facies. Regnante Pándione ſecundo, Cecropis filio, feſti celebritatem ludis gymniciſ auctam fuiſſe fertur t). Quo lætiora deinde res atticæ cepere incrementa, tanto major initiis Eleuſiniæ Cereris accedit ſplendor. Inprimis vero ætate Solonis et Epimenidis myſteriorum religionem novis ritibus adauctam fuiſſe magna cum probabilitatis ſpecie aſſeritur u). Crederem itaqve ea nominatim periodo, qua ſuperſtitioſus deorum terror talem in modum animos occupaverat, ut novæ ſubinde ad civitatem expiandam excogitarentur luſtrationes, parva myſteria fuiſſe exorta, quibus luſtrarentur initiandi, atqve iſſis initiis quædam ad mores pertinentia Solonis Epimenidſque cura fuiſſe adjecta.

Ævo Periclis templum dearum Eleuſiniarum auguſtiſſimum, commune Græciæ de-
cus,

t) Marm. Oxon. epoet. 17.

u) Sainte Croix Sect. 5. art. 5. p. 346.

cus, fuit exstructum v) summaque in pompis ludisque ab ea in primis ætate regnavit profusio. Neque alia mysteria propter summam, quæ poetæ rhetoresque omnia Atheniensium instituta profecuti sunt, reverentiam, majoribus unquam carminum laudibus fuere celebria; nec aliorum præstantia inter subsellia scholarum frequentius declamitata. Hisce quidem causis, nec ulla ipsorum mysteriorum virtute effectum esse arbitror; quod initiationes Eleusiniæ reliqua sacra Cereris per omnem Græciam Italiamque sparsa, quarum haud pauca Atticis institutis erant simillima, tantopere celebritate vicerint.

v) Cnfr. Allgemeine Jenaer Litteratur-Zeitung 1802. 3. Band. Erklärung der Kupfert.

(152) Varronis (153-158). Tullii (159-162). Di-
dori Siculi (162-163) Arriani (163-164) Senecæ (164-
165). Dionis Chrysofomi et AElia Ariftidis (165-169)
Luciani (169-170) Dionyfii Halicarnaffenfis (170-173)
Plutarchi (173-177). Nil in myfteriis arcanum præ-
ter telleras myfticas atqve fymbola (177-183). Cur
viri optimi tantam autoritatem myfteriis tribuerint
(184-186). Qva ratione filentium in myfteriis fuerit
fervatum (186-190) Eleufiniorum origines unde repe-
tendæ (190-195).



CORRIGENDA.

- Pag. 1 lin. 14 post annales deleatur (,)
- 4 — 10 post ineunt deleatur (.)
 - 4 — 14 facerdotes lege facerdotes
 - 5 — 16 adfuisse l. adfuisse
 - 14 — 21 vires l. nervos
 - 23 — 21 Rursus l. Rursus
 - 32 — 17 compulserunt l. compulerunt
 - 42 — 19 post Aristophanes deleatur (,)
 - 51 — 23 desertus l. desertus
 - 55 — 21 libro l. libro
 - 62 — 5 illi l. ille
 - 63 — 7 inpvimis l. inprimis
 - — 19 post vulnera deleatur (.)
 - 76 — 5 Perfide l. Perfide
 - 76 — 17 *μεσιτρος* l. *μεσιτης*
 - 77 — 5 faciem l. facem
 - 79 — 27 iusto l. iusto
 - 89 — 13 sacrificandi l. comedendi
 - 90 — 24 hominos l. homines
 - 93 — 21 subere l. subire
 - 100 — 7 gegere l. genere
 - 103 — 13 affectavit l. affectavit
 - 108 — 10 Eronte l. Fronte
 - 109 — 16 suere l. fuere
 - 120 — 11 monicet l. monuit
 - 127 — 4 aute i. ante
 - — 21 sufficiat l. sufficiat
 - 137 — 4 extitasse l. excitasse
 - — 19 eomparatur l. comparatur
 - 138 — 13-14 *μωσηριων* l. *μωσηριων*
 - 139 — 20 silentinm l. silentium
 - 145 — 20 defencio l. defensio
 - 146 ult. erm l. rem
 - 151 lin. 26 piurimis l. plnrimis
 - — ult. hierophautæ l. hierophantæ
 - 154 lin. 6 fuerint l. fuerint



